

7

Undecimo principaliter viginti tristibus ad supradictam dñam solatricē principalē accedentibus pmo omnium vnus ex eis eidē dñe de seruitute sua oquestus est et de carētia libertatis. cui mox illa de suis puellis duas p solatōe eidē tristi impendēda deputauit.

I. CONSIDERATIO.

Prima itaqz puella ad tristé p̄dictuz sic ait. Tu qui de seruitute turbaris et carētia libertatis. estimo q attendis opp̄sionē seruitutis et ocrariū in gaudētibz libertate. Non sic aut turbatus esses si attēderes q hij qui serui dicunt nō sunt simpliciter serui nec magis opp̄si q cōiter dñi q̄uis liberi reputent. Vis hoc scire de his qui appellatōe hoīm dicunt serui. Audi illustrē Senecā. Si q̄s inq̄t existimat seruitutē in totū hoīez descēdere ps eius melior excepta corpora obnoxia sunt et ascripta dominis. mens quidem sui iuris est. Audi quoqz et p̄rem clareuallis ocordantem. Volūtati inquit nec leges impant nec p̄ncipes dñantur. libera est maxime si spū ducit quia ubi spūs ibi libertas. Nec p̄ ille. Si ergo corporis oditio te cōtristet. ē qd te merito poterit solari. videlz libera oditio potioris tue portiois q se extēdit ad p̄merenda gaudia sempiterna. Vis rursus scire q dñi qui estimāt liberi cōiter sint etiā suis seruis magis opp̄si atqz turpioris magisqz confusibili addicti seruituti. Hoc ita osideres. Nepe. Sup̄ quē plures regnāt ostat illū magis opp̄sum magisqz seruū esse. Sz qd. Profecto cōiter accidit q sup̄ dños ip̄oz libertate p̄pter quā min⁹ timēt occasionē p̄stāte plēs regnāt saltē turpes passionēs quibz magis q timorati succūbere osueuerūt. igit⁹ sequit⁹ q sunt magis s̄ui. Audi venerandū antistitē Ambrōsiū. Seruit inquit q̄cunqz vel metu frangit⁹ vel delectatōe irretur vl cupiditatibz ducit⁹ vel indignatōe exasperat⁹ vl merore deicitur. seruilis est em̄ omnis passio. Nec ille.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. O hō qui seruitute guaris. Vis realiter liber esse. Vellē inquires. Esto igit⁹ bon⁹ utpote vitās turpitudines et liber cēseberis. Audi sniam tullij. Liber inquit is est estimandus qui nulli turpitudini seruit. Audi quoqz et magnū patreꝝ Augustinū Bon⁹ inquit etiā si s̄uit liber est. mal⁹ aut si regnat seruus est. nec vnus hoīs. sed qd̄ ḡuius est tot dñoz quot vitioꝝum. Nec p̄ ille. Si ergo bonus es gaude plimū de dñia seruitutis iter te vocatū seruū et stultū dñm Gaudere etem poteris in immēsuꝝ q tantū a sua tua distat seruitus et q frueris forte potioris. Tu subiectus es vni forte stulto dño. ip̄e vero plimis q si sapiens estz iā sibi seruiēdo liber esses. At vero si est stultus impiū ip̄i⁹ seruitus est distans plurimū a tua seruitute. utpote ip̄o plibz dñis et ḡuioꝝibus ac die et nocte sibi vicinioribz seruiēte. q̄uis dicatur puerbio q expedit h̄e distātes dños. Vis de istis auctoritate p̄is venerabilis

11
edoceri. Audi archiantistitē Ambrosiū. Est inquit sapiēti seruire li-
bertas ex quo colligit q̄ stulto etiā impare serui⁹ est. et qd̄ peius
est cū pauciorib⁹ p̄sit supple q̄ sapiēs seru⁹. plurib⁹ dñis et gūio
ribus seruit. h̄uit suis cupiditatib⁹ quaz dñationē. nec nocte pōt
fugere. nec die. qz intra se dños habz. intra se seruitū patit⁹ intole-
rabile. Nec iste p̄r venerādus. **¶** Porro q̄ sapiēs seru⁹ plurib⁹ p̄sit
eo patet pacto q̄ plurimis p̄est passionib⁹ ad q̄s etiā inclināt astra
Quo p̄fecto fit q̄ testāte illo p̄tolomeo. Sapiēs dñatur astris. Is
aut̄ quocūqz dominio glorie⁹ qui facit p̄ctm̄ testāte saluatore h̄u⁹
est peccati. s. seruitute culpe. **¶** Quia fili⁹ dei q̄ p̄ctm̄ nō fecit habz
liberos reddere. p̄pter quod ip̄e met dicit. si filius vos liberauerit
vere liberi eritis.

**¶ Capitulū scdm̄ d̄tinens d̄solationes sup̄ iugo domini portando
et p̄ceptis eius obediendo.**

Secūdo post p̄missa accessit ad sepe dictā dñam etiā ali⁹ tri-
stis sup̄ iugo dñi portādo et p̄ceptis eius obediēdo q̄rēs
cōsolari. **¶** Et illa p̄ d̄solatōe. octo ei puellas assignauit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella ad p̄dictū triste sic ait. **O** hō si tu scires q̄ salubrē
quātāqz ad deū p̄ obiam attinentiā h̄eres gaudēter ac omī tristitia
semota eius p̄ceptis obedires. **¶** Et tūc em̄ ei obediēs tanq̄ seru⁹
suo dño. **N**ec hoc certe modicū d̄fert nāqz beatitudinē celestem et
hui⁹ rei magnā securitatē. **V**is h̄ec scire. **E**cce p̄ferat beatitudinē
nūc in spe et tandē in re hoc testa⁹ p̄s. **B**eat⁹ inq̄t p̄pls cui⁹ ē dñs
deus ei⁹ et itez. **B**eata gēs cui⁹ est dñs de⁹ eius. **H**oc aut̄ n̄ meret⁹
sola appello s̄z volūtatis dī executio aut̄ exequēdi p̄mptitudo. **D**e
executōe q̄dē dicit ip̄e saluator. **N**ō ois qui dicit mihi dñe dñe in-
trabit in regnū celoz. s̄z q̄ facit volūtate p̄ris mei q̄ in cel̄ est ip̄e
intrabit in regnū celoz. **D**e p̄mpta aut̄ volūtate diuinā volūtatez
exequēdi p̄z p̄ s̄le ī abrahā. **I**ste nāqz filiū nō imolauit. et tñ quia
p̄mptā volūtate imolādi eū h̄uit p̄ mercede obie b̄ndictōez acce-
pit. dicere dño qz nō pepcisti filio tuo vnigenito p̄pter me b̄ndicā
tibi et multiplicabo semē tuū. et itez. **I**n semie tuo inq̄t b̄ndicent⁹
om̄s gētes. qz obedisti voci mee. **¶** Porro q̄ attinēs deo p̄ obiam si-
cut h̄u⁹ dño magnā habeat securitatē post mortē d̄sequēdi celestē
beatitudinē ex h̄o q̄dē p̄z. qz dñm bonū h̄z tanq̄ beniuolū p̄iter et
cipotentē. **A**udi magnū antistē Ambro. **M**ozi inq̄t n̄ timeo. qz bo-
nū dñm habeo. **R**ursum deo obediēs attinet ei sicut frater imo q̄si
omī genere attinētie. **A**udi ip̄m saluatore q̄ntum ad hoc loquentē
Quicūqz inquit fecerit volūtate p̄ris mei qui in celis ē ip̄e me⁹ fr̄
soroz et m̄r est. **S**ane attinētia huiuscemōi admin⁹ capiēda est q̄ntū
ad affectū beniuolētie et dilectōis ac q̄ntū ad effectuz b̄nificētie et
p̄tractatōis quēadmodū dictū est in ecc̄. **S**i est tibi h̄uus fidel̄. sic
tibi q̄si aia tua q̄si fr̄em sic tracta illū. **¶**

II. CONSIDERATIO

Secūda puella sic ait. **O** bone frater. **C**ur nō ponderas bonum obediētie sup̄ om̄e malū saltē in p̄nti penalie sustinētie. **A**n n̄ vis eum sequi qui pōderator est spiritūū. **P**ondera sicut x̄ps. **Q**uō inquires aut q̄ntū. **A**udi p̄zem clareuallis. **M**ementote inquit fr̄es x̄ps ne p̄deret obediētiā p̄didit vitaz. qui insignū q̄ mādato p̄ris obediēdo mortē sustinebat inclinato capite tradidit sp̄m. **I**nclina ergo et tu caput tuū caput aie. caput sc̄z tue sup̄be volūtatis q̄ tāquā caput impat mēbris alijs. **I**nclina illud et hūiliare sub potēti manu dei imo vel sub capite oīpotēte. **Q**uipe ip̄ius imensa dignitas hoc requirit et omnē in hac pte verecundiā excludit. **D**eniqz hōi scabiosū caput faciemqz h̄nti deformē multū essz gaudendum si illo capite salva vita amputato. loco eius caput nobilissimū obtineret. **S**ed quid. **H**ōne caput hōis p̄dictū. volūtas sc̄z p̄pria et sup̄ba. caput est scabiosum. vicijs faciem d̄sciētie deformē habens. **H**omo vero viuēs in obediētia qui caput suū p̄cepti gladio submittit et ip̄m patit̄ amputari caput nobilissimū accipit. **N**ā et p̄mo suo capite caput sibi d̄stituit ip̄m x̄pm s̄m diuinam eius voluntatē q̄d nimirz caput nobilitate et pulc̄tudine a p̄ori capite tantum distat quantū volūtas diuina ab hūana q̄ntū mūdum ab immūdo. quātuz deiforme a deformi distat et enormi.

III. CONSIDERACIO.

Tercia puella sic ait. **O** hō si q̄ acceptabilis deo sit obia agnosceres. ip̄az p̄ceptis obtempando impēdere cū magno gaudio curares. **N**imirz mediāte ip̄a d̄pat̄ qd nō p̄t om̄i auro vel argento d̄pari. **V**is scire quid. certe sapia in d̄patione cuius om̄e auxz harena est exigua et tanq̄ lutū estimabit̄ argentū. **N**empe q̄ hec possit obia mediāte d̄pari testat̄ ille dulcis pater clareuallis. **D**reiosa inquit sapiētia q̄ deus agnoscit̄ et mund⁹ d̄temnit̄. **H**āc qui inuenit̄ beatus utiqz erit si tenuerit̄ eā. qd dabit̄ p̄ ea. impēde obiam et accipe sapiētiā sicut scriptum est d̄cupisti sapiam serua mādata et d̄ns dabit̄ illā tibi. si vis esse sapiens esto obediens amplectere ergo toto mentis affectu et nisu corpis bonū obediētie. accedendo p̄ ip̄m ad lucē sapiētie. sic em̄ scriptū est. **A**ccedite ad eū et illuminami. **A**ccedite videlz p̄ obiam. quia nō est rectior aut tucior accessus et illuminamini p̄ sapiētiā. **H**ec iste pater.

III. CONSIDERACIO.

Quarta puella sic ait. **H**omo karissime nō tristeris de p̄ceptis di et iugo obie. imo plurimū gaude q̄ dignat̄ de⁹ obiam a te requirere. eo quidē fine vt et tu si feceris q̄ requirit. hoc qd ab eo requiris infallibiliter d̄sequaris. **A**udi dei secretariū. **I**ohem loquoz mandata ei⁹ custodim⁹. **V**n̄ et ille cec⁹ nat⁹ et a x̄po illūiat⁹ dixit fiducia habemus ad eū q̄ quidq̄d petierim⁹ ab eo accipiem⁹. quia loquentē de p̄posito i sua epistola. si inq̄t cor n̄rm nō rep̄hēdit nos. **S**i q̄s dei cultor est et voluntatē eius facit hūc exaudit. **A**udi ergo

et ysidorum. **N**ō impetrat inquit a deo bonū qđ pōscit qui ei⁹ legi
nō obedit si em̄ id qđ deus p̄cipit facim⁹. id qđ petim⁹ sine dubio
obtinem⁹. **H**ec ille. et ecce qđ magnū est qđ ip̄e obediēti p̄mittit et
quantā securitatē p̄missioni apponit id qđ petim⁹ inquit ubi nihil
excipit. addit at̄ sine dubio obtinem⁹ ubi omnē hesitatōz excludit
Pro his aut̄ nihil ip̄ossibile req̄rit. si id inq̄t qđ de⁹ p̄cipit facim⁹
qui utiqz neminē ad ip̄ossibile astringit. **S**z nec ad ḡue aliqđ iugū
inq̄t meū suaue ē et on⁹ meū leue.

V. CONSIDERATIO

Quinta puella sic ait. **I**d qđ mō p̄ sorozē meā audiisti iugū dñi
suaue esse et onus eius leue. indubitatē scias esse ver⁹. **Q**uip̄
pe alleuiat iugū dei p̄ceptoz eius san⁹ intellect⁹. **A**lleuiat iugū
dei remuneratōis effectus. alleuiat iugū dei amorosus affectus.
Nōne p̄mo iugū dñi alleuiat p̄ceptoz eius sanus intellect⁹ quem
admittit. cū ip̄em⁹ p̄ceptū suū de obseruatōe sabbati sano intelligi
voluerit intellectu cū dicebat. **C**ui⁹ v̄m asin⁹ aut bos in puteum
cadet et nō d̄tinuo extrahet illū i die sabbati. **A**udi aut̄ quo ad h⁹
et magnū p̄em Augustinū qđ p̄pter sanū intellectū p̄cepti dei de n̄
iurādo dicit sic. **U**tqz ap̄ls nouit p̄ceptū dñi et tñ iurauit cui⁹ p̄e
ceptū libro decretoz sanus nobis ex verbis eiusdē p̄is exponitur
intellect⁹. **P**rohibem⁹ inq̄t iurare cupiditate aut delectatione **N**ō
ne sc̄do iugū dñi alleuiat remuneratōis effect⁹. **C**erte sic. **N**ā cū i
trenis dicit. **B**onū est viro cū portauerit iuguz dñi ab adolescētia
sua. ubi in glosa dicit. **E**st iugū dñi leue releuatū spe remuneratio
nis eterne. **D**eniqz alleuiat iugū dñi amoros⁹ affect⁹. **A**udi vene
rabilē iheronimū p̄sbitey. **N**ihil inquit amatib⁹ durū null⁹ labor
difficil. amem⁹ et nos xpm̄ et facile videbit⁹ om̄e difficile. **A**udi
quoqz et magnū p̄em Augustinū. **N**ullo mō inquit onerosi sūt la
bores amantiū s; ip̄i delectāt sicut venantiū aucupantiū piscantiū
in eo em̄ qđ amat⁹ aut n̄ laborat⁹ aut labor amat⁹. **H**ec Aug⁹. **S**z et
psalmista dicit. **F**ingis laborē in p̄cepto. fingis inq̄t queadmodū
ymago sub colūna lapidea sculpta vel depicta que stat in curuata
ac si portet ḡue aliqđ cum vl̄ nihil portet aut mime sibi ḡue. **A**udi
p̄em clareuallis. **A**n non labor fictus iugū suaue cruz inuncta

VI. CONSIDERATIO.

Sexta puella sic ait. **O** charissime. cur abbores diuinis p̄ceptis
obedire. **A**n nescistu qđ lucē d̄tinēt qđ p̄ficiūt intellectuz qđz
mirā h̄nt dulcedinē qua alliciūt et affectū. **N**ōne videt⁹ tibi qđ il
luminēt intellectū cū ob h⁹ dicat psalmigph⁹. p̄ceptū dñi lucidū
illuminās oculos **N**ōne etiā videt⁹ tibi qđ p̄cepta dñi alliciāt affectū
cū dulcib⁹ oscul atqz dulcisonis melodijs d̄pent⁹. **U**bi for̄sā inq̄es
ecce qđ dulcib⁹ oscul d̄pent⁹ hoc testat⁹ ḡt⁹ qđā apat⁹ sup̄ illā vo
cē sp̄se in cāticis. osculet⁹ me osculo oris sui. qđ de ip̄a sp̄sa. id est
ecclia loquet̄ **Q**uot inq̄t p̄cepta ex ei⁹ p̄dicatōe agnoscit. s. sp̄se. qđ
tot oris oscula suscipit. **D**ozro qđ p̄cepta dñi tāq̄ h̄ntia rōez tripudij

compent^r dulcisonis melodijs. hoc sup illud psalmi in decacordo
psalterio cū cythera testat^r magn⁹ p^r Aug⁹ Decacordū inq̄t psal-
teriū signat decē p̄cepta legis. Nūquit ergo satis p̄ p̄ceptis di obe-
diēdi rō q̄ tā nata sūt bñ dispositis gnare tripudiū et ip̄is eē solatō
Rursū q̄ mādata dñi affectū alliciāt. delectatōes eorū p̄bāt q̄s
sācti supponūt et insinuāt. Audi Gregoriū oratorē sāctissimū. Esto
inq̄t dñe q̄sum⁹ p̄pici⁹ plebi tue ut q̄ tibi nō placēt respuēs tuorū
poti⁹ replea^r delectatōib⁹ mādatōrū. **VII. CONSIDERATIO**

Septima puella sic ait. Crederē hō q̄ tu crederes p̄missa de p̄ce-
ptis dñi vera esse si non inesset eis additio q̄ d̄tristat videlicet q̄
vim hñt coactiuā atqz eorū quib⁹ dant^r obligatiuam. eo aut fit q̄
sunt q̄si ligamīa et vincula libertatis q̄ est ad vtrūlibet exclusiua.
S̄z q̄ hac in pte satis erres scire debes q̄ et si sunt vincula tñ vica-
la sunt p̄picia et ideo nedū tolerabilia sunt s̄z etiā optabilia. Vis
hoc scire. Ecce nōne essent p̄picia vincula atqz optabilia q̄ optime
redolerēt et odorē suauissimū d̄tinerēt. Nōne essent p̄picia vincula
que hoīem nō solū d̄stringerēt vel ligarēt. s̄z ip̄m potius sup̄mo suo
amico arti⁹ diungerēt et vnirēt. vtiqz fateri hoc necesse est. S̄z q̄d
Profecto p̄cepta dei v̄l auctoritate ip̄ius in eccia p̄mulgata. Nec
cine sunt. hec qz faciūt. Redolēt nāqz suauissimū odorē diuini amo-
ris oīa suauia faciētis. Nimirū hūc odorē d̄trahūt a radice carita-
tis a q̄ ip̄a p̄cedūt. Exemplū p̄z de surculis trūco insertis si ponat^r
talis color odor vel sapor in loco insertionis et locus fissure bene
obscuret^r. Tūc em̄ vnctuosus humor p̄ locū illum trāsies ex ip̄o suo
trāsitu opat^r q̄ fruct⁹ in quē d̄uertit^r eiusdē coloris. odoris. vel sa-
poris reddi^r. Rursū p̄cepta dñi cū sint amoris vīcula ip̄m hoīez
et deū arti⁹ d̄stringūt atqz vniūt ī amore et idēo q̄ ex ea esse vellet
hic vellet esse a sumo suo amico sepat⁹ et q̄d homī de libertate eua-
gendi vageqz volūtatis qñ posset manere apud amicū et attractus
ei vniri dictis mediātib⁹ odoriferis vinculis caritatis de quo cari-
tatiuo tractu loquēs dñs p̄ jeremiā p̄phaz. caritate inq̄t p̄petua di-
lexi te ideo attraxi te miserās S̄z quibus ligamibus attractiuis et
vinculis vnitiuis designauit dñs p̄ osee p̄pham dicēs. In funicul⁹
adā trabā eos in vincul⁹ caritatis dicit adā v̄tpote cui p̄mo p̄cepto
rum vincula sunt iniecta. Sane nō miret^r quispiā q̄ vincula carita-
tis seu amoris dixerim odorifera. Nā et q̄dam trenorū glosa odorē
dilectioni attribuit. Cū inquit caritas amittitur reliq̄ virtutes ster-
cora amplexant^r. quia de bono dei et p̄ximi odorē dilectōis trāse-
unt ad fetorē prauitatis. **VIII. CONSIDERATIO.**

Octava puella sic ait. Si nosse virtutē obie nequa q̄ tibi causa
esset tristicie s̄z leticie. Nimirū p̄ obiam homo actualiter refici-
tur. Der obedientiā perfectam homo deo carior alijs efficitur. Der
obiam hō bñdictōes multiplices d̄sequit^r ac sup̄ alios exaltabit^r.
Der obedientiā homo diuina dulcedine inebriat^r. Der obedientiā.

11

homo insu pabili dulcedine recreat^r. **D**er obedientiā hō beatā vi-
tam assequit^r. **D**er obedientiā si pfecta fuerit hō ad locū beate fru-
itionis q̄si imediate transit cum morit^r. **D**eniq; p obiam hō q̄si dei
ficat^r. **V**is scire pmo q̄ p obedientiā hō actualiter reficit^r. **A**udi
loquentē dei vnigenitū in mundū a p̄e missum. **D**eus inquit cibus
est vt faciā voluntatē eius qui misit me. **S**z quid. **N**ōne idē et alte-
rius hois cibus seu refectionē est p̄sertim h̄ntis p d̄formitatē volun-
tatis sanū appetitum. **E**st oīno. an nō de⁹ h̄mōi h̄oiem admittz ad
refectionē q̄ ip̄e habuit in via qui ip̄m ad suā mensam admissur⁹ ē
in patria dicēte x̄po. et ego dispono vobis sicut disposuit mihi p̄-
meus regnū. vt edatis et bibatis sup mēsam meam in regno meo.
Vis scire secūdo p obiam pfectā hō deo carior alijs efficit^r. **C**ō-
sidera hoc in sili. **N**am et discipuli p̄m antiquoz magis obediētes
fuerūt eis cariores. **V**nde et abbas siluan⁹ inter duodecim discipu-
los suos quēdaz marcū noīe pl⁹ dilexit. qui etiā ab ip̄is suis disci-
pulis plus q̄ ip̄i ab abbate debere diligī iudicat⁹ est ppter p̄mp-
tudine obie eo q̄ l̄ram q̄ scribere incepit ad ip̄ius abbatis vocati-
onē impfectā reliquit quo pfecte se obedire mōstrauit. **A**udi illu-
stre ieronimū pfecta inq̄t obia est. sua impfecta relinquere. **V**is
scire tercio q̄ p obedientiā hō b̄ndictōes plurimas d̄sequi^r ac sup
alios exaltabit^r. **A**udi illud deuteronomij. **S**i inquit audieris vocē
d̄ni dei tui vt facias et custodias oia mādāta ei⁹ faciet te d̄ns de⁹
tuus excelsiore cūctis gentib⁹ q̄ versant^r in terra. veniētq; sup te
oīs b̄ndictiones iste et app̄hendēt te. si t̄n p̄cepta eius audieris.
b̄ndictus tu in ciuitate et b̄ndict⁹ in agro. b̄ndictus fruct⁹ vētris
tui et fruct⁹ terre tue. fructusq; iumētōz tuoz greges armētōz
tuoz et caule ouīū tuaz. b̄ndicta horrea tua. b̄ndict⁹ eris ingre-
diens et egrediēs. dabit d̄ns inimicos tuos qui d̄surgūt aduersuz te
corruētes in d̄spectu tuo p vnā viā veniēt ad te et p septē fugient
a facie tua. emittet d̄ns b̄ndictionē sup cellaria tua et sup oia opa
manuū tuaz. habūdare te faciet d̄ns oibus bonis. ap̄iet d̄ns the-
saurū suū op̄mū celū vt pluuiā tribuat terre tue in t̄pe suo. d̄stitu-
et te d̄ns deus tu⁹ in caput et nō in caudā et eris sp̄ sup et n̄ subter
si t̄n audieris mādāta d̄ni dei tui. et custodieris et feceris ac n̄ de-
cliabis ab eis nec ad dexterā nec ad sinistrā. **H**ec verba s̄cti moy-
si. **S**z et inueni^r h̄mōi dei b̄ndictō extēdi. etiā vltra semē obediētis
Audi illud geneseos dixit d̄ns abrahe. **I**n semine tuo b̄ndicentur
oīs gentes. qz obedisti voci mee. **V**is q̄rto scire q̄ p obiam p̄fe-
ctam. hō dina dulcedie inebria^r. **H**oc d̄sidera q̄ pfecte deo in oī-
bus obediēs nō dat se deo cū pua mēsurā. igit^r d̄gruū est q̄ et de⁹
sue cōsolatōez dulcedis nō det ei in pua mēsurā. **A**udi sp̄sionē sal-
uatoris. **I**n q̄ mēsurā inq̄t mēsi fueritis remetiet^r vobis. **V**is q̄nto
scire q̄ p obiam hō insupabili dulcedine recreat^r. **A**udi ecclesiasti-
cū. **N**ihil inq̄t dulci⁹ q̄ respicere in mādātis d̄ni. **V**is sexto scire

71

q̄ p obedientiā hō beatā vitāz assequit̄. **A**udi ip̄m dei filiū de p̄e loquentē. **M**andatū inquit eius vita eterna **A**udi quoq; rursū saluatore. **S**i inquit vis ad vitā ingredi serua mādāta. **V**is septimo scire q̄ p p̄fectā obedientiā hō de morte ad vitā beatā q̄si imediate trāfferet̄. recursam habe ad neptē meam p̄ q̄ hoc inferius manū festius declarat̄. **V**eni q; vis octauo scire q̄ p obedientiā homo q̄si deificat̄. ut dicere possit cū ap̄lo paulo vno ego iā nō ego. vicit vero in me xp̄s **V**ide ecclesiasticū. eris inqt̄ velut filiū altissimi obediēs.

Capitulū terciū dānē solatōes sup obedientiā in licitis exhibēda supiori suo cuiūq; etiā si mal⁹ sit plac⁹ et p̄cepta ei⁹ rigoroza

Tercio post p̄missa accessit ad dñam solatricē etiā alia quedā p̄sona tristis p̄pter obedientiā et obseruantā p̄ceptozum suoz supioz p̄cipue minus discretoz p̄ eā desiderās solari. **C**ui illa p̄ cōsolatōe ei impēdēda de suis puellis tredecim assignauit

I. CONSIDERATIO.

Prima puella ad hōiem ex p̄missa causa tristē sic ait. **E**x p̄cedentibus hō notū factū est quāti valoris sit p̄ceptis dei obedire. **S**ed quid. **N**ūquid nō etiā tantū est alteri⁹ supiozis p̄ceptis obedire p̄pter deū. **E**st oīno cum in hoc magis deo obediāt q̄ ip̄i supiozi dicere ap̄lo paulo **S**erui obedite p̄ oīa dñis v̄is. q̄dcūq; facitis ex aīo op̄amini sicut dño et nō hoibus. sciētes q̄ a dño repietis retributionē. **V**n̄ et p̄ clareuallis. **Q**uid q̄d inquit vice dei p̄cipit hō q̄ non sit certū displicere deo. hantsecus oīno est accipiendū q̄ si p̄cipiat deus. **N**ec ille p̄. igitur nō est differēter accipiendū. **E**sset aut̄ si illa q̄ imediate soli deo fit obedientiā valerz multū. **I**lla autē que fit hōmi valerz minus. p̄ aut̄ nō sit talis dñā testa⁹ etiā n̄ aq̄nensis. **N**ihil inquit maius hō p̄t deo dare q̄ q̄ p̄p̄iam voluntatez p̄pter ip̄m alteri⁹ subiciat volūtati. **N**ec ille. **S**ed et alter quidam dicit sic. **M**ultū glōrificat deū vere obediēs qui facit bñplacitum dei cum deus hoc ei mādāt etiā p̄ vilem p̄sonā. et tāto est gl̄ia di maior quāto p̄sona illa est vilior. **N**ec ille. **S**z et vlteri⁹ tanto magis glōrificat̄ obediēs q̄nto ip̄e magis glōrificat deū. patz hoc dicēte psapa. **S**i glōrificaueris eū. id est deū dum non facis vias tuas et nō inuenit̄ volūtās tua tūc delectaberis sup dño et sustollaz te sup altitudinē terre. q̄d igit̄. **P**rofecto de p̄mo ad vltimū sequit̄ q̄ q̄nto viliori quis p̄pter deuz obediērit tanto glōriozior ip̄e erit.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella ad hōiem obediētie causā grauātū sic ait. **E**stimo q̄ obediētia maxime idcirco est tibi ḡuis quia mal⁹ est placus cui subiceris durisq; ei⁹ p̄ceptis. **S**z nequa p̄ ideo turberis immo soleris potius p̄pter bonū q̄d osequeris. **A**udi magnū patrem **A**ugustinum. **B**onus inquit si fuerit qui tibi p̄est nutritor tu⁹ est malus si fuerit temptator tuus est et nutrimēta libēter accipe et in

11

temptatione approbare. **H**ec ille pater. et nōne nutrimentū reddit
vigorosum s; approbari p̄sertim in his q̄ dura sunt est a deo gl̄iosū
q̄ p̄pter hoc disputator laboriosus se dat studijs dieb; ac noctib;
Dimicator p̄sertim pugil in duello duris et diris ictib;. miles ve-
ro seu pugnator in guerra se exponit et ingerit piculosis batellis
et conflictib;. et nōne hec ḡuioza sunt cōiter om̄ibus p̄lator; etiā
maloz; disciplinis et vexationibus. vñ tedia a malis p̄latis illata
obediēter p̄iter et libēter sunt utiq; tolerāda p̄ approbatōe glori-
osa. nec est excipiēda pena carceris. qd̄ pat; satis clare ex supi; di-
ctis. imo reuera q̄nto p̄latus cui quis obediēs fuerit p̄pter deū du-
rior est seu ḡuioz; tanto deus taliter obediēti benignior erit et sua-
uior. ut sic vel apud se cogitare possit. si is cui obedio p̄pter deum
est indiscret; torzor. ego diuina cōsolatōe ne me tāgar malicie ei;
tormentū alleuior et suppozor. **N**imiq; testāte voce ecclesie Iusto-
rum anime. s. qui reddūt unicuiq; quod suū est et p̄ cōsequēs supio-
ribus suis obediētā p̄pter deū hij in manu dei sunt et nō tanget
illos tormentū malicie. **H**inc pat; sanū esse cōsiliū cuiusdā dicētis
Non te moueat magister impi;. indiscreta ptās. s. quo min; p̄fecte
obedias nō tm̄ bonis et modestis s; etiā discolis. **V**t petr; ait. sed
paulus modū addit. **S**erui inquit obedite dñis carnalibus in sim-
plicitate cordis v̄ri sicut xp̄o. faciētes voluntatē dei ex aīo cū bo-
na volūtate seruiētes sicut dño et nō hoib;. **E**cce dicit. obedite in
simplicitate cordis v̄ri. id est nō disceptādo de mādatis p̄lati. non
subtiliter discernēdo circūstantias p̄cepti. quēadmodū multos vi-
demus s; p̄m clareuallis post p̄cipientis impium multas face-
re q̄stiones. et q̄re sepius gemiare. **V**n̄ hoc venit quis hoc inuenit
cōsiliū inde murmuratio excusatio silatio impossibilitatis aduo-
catio amicoz;. **Q**ui pater etiā ad fr̄es de mōte dei scribens. **D**erfe-
cta inquit obediētia maxime i incipiēte est indiscreta. hoc est non
discernere quid vel q̄re sibi p̄cipiatur. s; ad hoc tm̄ nūc ut fideliter
et hūiliter fiat qd̄ a maiore p̄cipit. **I**dē loquēs de nouicio. **S**tultus
inquit sit ut sit sapiens et hec oīs eius sit discretio ut in hoc nulla
ei sit discretio. hec oīs eius sapiētia sit. **I**dē quoq; pater alibi. **R**a-
ra inquit auis in terris discretō. ideo discretōis locū fr̄es in vobis
suppleat virtus obediētie ut nihil plus nihil minus nihil aliter q̄
impatum sit faciatis. **R**ursum dicit apls faciētes voluntatem dei ex
aīo. quis tam indeuot; qui qd̄ sciret voluntatē dei nō faceret ex aīo
id est h̄plariter. **A**. udi p̄m clareuallis. **S**erenitas inquit in vultu
dulcedo in sermonib; multū colorat obediētā. **E**acies tenebris
tristicie obfuscata deuotōez; ab animo recessisse signat. **H**ec ille dul-
cis pater. **T**ales igitur qui sic obediunt q̄ onus sibi impositū cum
tristicia portant sunt sicut ymagines in edificijs que columnas su-
stinent et rugata facie tristiciam simulant. **R**ursum dicit aplus
Seruiētes sicut domino et non hominibus. id est iudicādo taliter.

Bed iudicātes se seruire nō sicut homibus. s; sicut dño. tales cum nō sit dñs indiscret⁹ vel distort⁹ nō hñt de malo p̄lato vel distorto q̄rulari. s; magis de suo seruitio qđ nisi sicut dño fit plurimū gloriari. quippe teste scriptura gloria magna est sequi dominum.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. **O** hō nescis q̄ pace frui cūctis est optabilis. Te teste scriptura q̄ dicit optata cūctis mortalibus pace frueris. Dices forte quo pacto hāc habeo. **P**rofecto obedientia. **H**inc dicit in ecclesiastico. **Q**ui custodit p̄ceptū nō expiet quicq̄ mali. **S** et salomō in puerbis. **Q**ui inq̄t timet p̄ceptū in pace versabit. **V**ñ et ysayas dicit. **V**tinā attēdisses ad mādāta mea fuisset q̄si fluxus pax tua. **H**inc etiā de symōe qui interpretat̄ obediēs. dicit in figura siluit terra iuda oibus dieb⁹ symōis. siluit inquit. i. i pace q̄euit. **S**ane id de p̄mpte obediēte et p̄fecte tenendū est. **N**empe aliter obediētes nō sp̄ gaudēt pacis silentio. s; qñq; clamāt. qñq; murmurāt. **S**i quidez clamāt talis obediētia est sicut obia demonū qui ad p̄ceptū xp̄i exhibāt a multis clamācia. **S**i vero murmurāt tūc sūt obediētes vt rota carri si vnctā nō fuerit. nō solū in hoc q̄ licet obediāt tñ p̄pter defectū vnctōis sp̄ssancti n̄ obediūt p̄mpte sine murmure s; etiā p̄pter hoc. qz vn⁹ alter⁹ nō vult p̄cedere sicut rota rotam in carro. qñ dicit nō faciā hoc. nisi p̄us fecerit ille. de q̄li obediēte tan p̄ de fatuo dicit in ecclesiastico p̄cordia fatui q̄li rota carri

III. CONSIDERATIO.

Quarta puella sic ait. **C**ur ḡuat te obedientia. **N**escis q̄ p̄fecte obediēti obediūt oia. creator. s. et creature. **V**is scire de creatore. lege scripta de iosue et inuenies q̄ ip̄e dom̄o obediuit reges amozeorū inuadēdo ad liberandū s. gabaon ciuitatē p̄ eos obsesam cui⁹ vocī viceuersa ip̄e de⁹ obediuit ad temp⁹ occasū solis impediēdo. **N**am de hoc sic legit. **L**ocutus est iosue dño. **D**ixitq; sol cōtra gabaon ne mouearis. **S**tetit itaq; sol in medio celi et nō festinauit occūbere spacio vni⁹ diei donec vlcisceret se gens de inimicis suis. nō fuit antea et postea tam longa dies obediēte domino vocī hoīs et pungnāte p̄ ir̄. **V**is rursus scire quō p̄fecte obediēti creature obediunt. **E**cce in p̄m libro legitur q̄ quidā de senioribus misit disciplm suū ad hauriēdaz aquā et erat puteus remot⁹ a cella. **D**isciplus vero oblit⁹ funē venit ad puteū et p̄ lōgitudie vie non audēs reueri p̄ fune ne forte d̄tristaret seniore. **P**stravit se in ozone et surgēs de ozone clamauit. **O** putee. abbas meus misit me vt hauriā aquā et statim ascēdit aq̄ ad os putei et impleuit sup lage. **N**am glificās potēciā saluatoris. aq̄ aut̄ putei reuersa ē in locū suū. **I**te legit eodē libro q̄ abbas paul⁹ p̄cepit disciplo suo ioh̄i vt afferr̄ ei fimū boū ei ad vtēilia necessariū. **A**t ille ait. i. loco vbi fim⁹ ē habitat leena. cui abbas si venerit sup te alliga eā et duc eā tecū. **I**uit Iohānes. inuenit leenā irruentē sup eum qui voluit eā tenere.

11
s; ipa aufugit. **T**obes vero seq̄bat̄ eam dicēs abbas me⁹ p̄cepit ve
alligatā ducā te ad eū et statim bestia sublitit et tenēs eā reuerte-
bat̄ ad monasteriū. qd̄ cum vidisset abbas ne forte discipulus inde
ertolleret. dixit ei. sicut tu insensibil̄ es ita insensibilē bestiā edux
isti. solue et dimitte eā vt p̄gat ad locū suū. **N**ec ibi. s; et ibi et ali-
bi de hac materia plurima repiuntur exempla.

V. CONSIDERATIO.

Quinta puella sic ait. **N**escis q̄ sancto job testāte milicia est vi-
ta hois sup̄ terrā. **V**ictoria igit̄ necessaria est volenti nō ofun-
di. **S**; et gliosus est om̄is qui triumphat. **Q**uis est inquit hic et lau-
dabimus eū. **P**rofecto vir obediēs. hic nepe pot̄ triumphare genere
nobilissimo. qd̄ est inquit gen⁹ illud. **E**cce nobilissimū genus triū-
phi est seipm̄ vincere quod quidē facit vir obediens. **A**udi **G**rego-
riū. **V**ir inquit obediens victoriā loquit̄. dum eīm aliene voci hui-
liter subdim⁹ nosmetip̄os in corde sup̄am⁹. hinc et salomō in pro-
uerbijs. **M**elior est inquit qui dñatur aie sue expugnatore urbium
Nōne dicit bñ. **V**tiq; multi nāq; vrbes et regna sibi subiugarūt. q̄
tñ ad hūc triūphum nobilē mīme puenerūt. **Q**uāti est hoc seipsuz
vincere. **A**udi illustrē senecā. **Q**ui inquit seipm̄ vincit oia for-
tis est. **V**is hui⁹ scire rationē. **E**cce p̄fecte deo obediēs sic deo est
subiectus et alia sibi q̄ nihil ei sic repugnat q̄ p̄ualeat. **N**am imp̄-
fecte obediēte ip̄e deus pugnat. **V**n̄ nō est mir⁹ si triumphat. **A**udi
quid dicit dñs in leuitico. **S**i inquit i p̄ceptis meis ambulaueritis
p̄sequim̄ inimicos vestros et corruent coram vobis.

VI. CONSIDERATIO.

Sexta puella sic ait. **O** hō submittas te obediētie reuerēter. nā
digna est tanq̄ dñā reuerēda q̄ sola. id est sine virtutib⁹ ceteris
aduenire vel manere apud hoīem erubescit. **A**udi magnū **G**regoriū
Sola inquit obediētia virtus est que ceteras virtutes mēt̄ inserit.
infecta q; custodit. **E**cce dicit ceteras virtutes mēt̄ inserit. et si dix-
eris quid nam opat̄ hec insertio. **D**iscas hoc similitudinē. **N**āz sicut
agresti arbori p̄rijs ramis detrūcatis solent inseri duo ramusculi
alicui⁹ nobilis arboris. et deinde arbor que p̄erat agrestis pro-
ducit folia flores et fruct⁹ iux̄ naturā arboris nobilis de q̄ ramu-
sculi sunt assumpti. **S**ic etiā cū hō arbori opetur p̄rijs suis
sensib⁹. et volūtatis ramis detrūcatis. inserit obediētia cordi ip̄-
sius tanq̄ trūco ignobili sensuz et volūtate alienā tanq̄ ramuscu-
los nobilioris arboris. s; sui superioris. quo fit vt cor illud ramuscu-
lor nobilior sibi insitor. s; sensus et volūtatis aliene naturā sa-
piat et s; eos opetur.

VII. CONSIDERATIO.

Septima puella sic ait. **O** bone fr̄ gūitati obie q̄ etiā malo plato
et gūib⁹ ei⁹ p̄ceptis obedi⁹. ē bonū obediētie p̄ferēdū q̄ ip̄a
obediētia q̄b⁹uis bonis alijs libē factis p̄pter deū dimosci⁹ p̄ferēda
hoc autē discas exēplo p̄elaro scriptura quoq; necnō et clara rōne

P

Ecce em̄ quantū ad exemplū narrat. **Cassianus** de monachis cenobij quod erat in thebaide q̄ obediētie virtutē non solū op̄i manuū seu lectioni vel silentio et quieti celle p̄ferebāt. Verū etiā cunctis virtutibus ita p̄ferebāt vt hinc iudicārē oīa postponēda et vniuersa dispēdia subire c̄tenti erant. dūmodo hoc bonū in nullo violare viderēt. Nec quidā hystoriographus. Nec mix̄ dicit. Namq̄ scriptura libro regū. Melior est obediētia q̄ victime. s̄ melius dicit̄ in ecclesiastico. Melior est obediētia q̄ stultoz̄ victime q̄si supponatur illos stultos esse qui bonū obediētie nō p̄ferūt s̄ ip̄m negligūt Volētes magis alia p̄ volūtate pp̄ria deo victimare. ¶ Sane q̄ melior illo obediētia sit. hoc quidē clara c̄firmat ratio Opa nāq̄ virtutū q̄ p̄scise obmittunt̄ obediētie causa. illa nimix̄ opa ip̄a talis obediētia virtualiter vt p̄ sorozē meā prius patuit. aut equialēter in se c̄tinet aut etiā iminēter. De qua quidem obediētia vt de forā muliere virtutū filiabus compata illud salomonis pōt intelligi. Multe filie c̄gregauerūt diuicias tu supgressa es vniuersas.

VIII. CONSIDERATIO.

Octava puella sic ait. Nescis karissime q̄ dñs testate luca in domo symonis discubuit. Teste etiā marco circūspectis omnib⁹ cum iam vesp̄a esset hora exiuit in bethaniā cum. xij. Symon autez obediēs interpretat̄. et sic domus symonis domus est ebedientis. Sed et nomē bechanie interpretatū dicit̄ dom⁹ obediētie. Quid igitur est dñm in domo symonis discubuisse et in bechaniā exiuisse nisi q̄ p̄ obedientiā domus dei homo efficit̄. Sed nec credendum q̄ hec dom⁹ dei decore careat ip̄o deo eā adoznate. Nimix̄ de⁹ qui fabricat⁹ est aurozā et solē ip̄m solē lunā et sydera frondes flores et ḡmma atq̄ volucres celi et multipharia alia excellēter depixit quō domū obediētie p̄ expulsionē pp̄rii sensus et volūtatis a corde hoīs in habitaculū sibi excisum non magis egregie depingeret et oznaret. Nec est domus dñi de qua illud psalmiste. Dilexi decorem domus tue et locū habitatiōis glorie tue eo potius pōt intelligi q̄ de loco corp̄alis celi et decore sui. quo c̄stat spūalē decorez et oznatū corp̄ali nō mediocriter añferri et omī etiā glorie corp̄alis habitaculi.

IX. CONSIDERATIO.

Nona puella sic ait. Nōne hō referente sup̄ sorozē meā didicisti q̄ pena ignis purgatorij supat omnē penā q̄ hō vnq̄ passus ē in hac vita vel pati pōt. Sicut aut̄ minus p̄fecte obediens magis in illo morabit̄ aut durius affliget̄. Ita p̄fecte obediētes parū vel nihil morant̄ in purgatorio. Vis scire cām. Ecce in vere obediēte xp̄s viuit et opat̄ dicēte ap̄lo. Viuo ego iā nō ego viuit vero in me xp̄s. Nec est verisimile q̄ de⁹ sit in futuro eoz̄ opm̄ vltoz̄ quoz̄ hic est actor. S̄ et magne lucis est c̄bēdiētia. Nam p̄fecte obediēns ad expediendū se de debito bñ habz vn̄ soluat. aliter. s̄ q̄ longo tpe ī purgatorio vl̄ inferno. Subdit̄ em̄ p̄fecte obediēs

71

quasi meretur continue. quia non solum certa bona exequendo. sed etiam dubia quoniam non suo sensui. sed sensui et voluntati innititur sui superioris. Sane quod in hoc specialiter religiosus non modo quantum ad euasione purgatorij vel eius diminutione. verum etiam quantum ad celestis premij augmentatione faciat profectum suum. Et eo quidem patet quod status religionis. status est profectus. cui in celo premium respondeat acquirende. In qua tamen religione expedit superioris exteriora que dam quoniam imponens sensui innitit. eius implendo totaliter voluntatem. Audi ad hoc venerabilem Ieronimum religiosum quendam alloquentem. Seruias inquit fratribus. hospitum pedes laua. passus iniurias taceas. propositum monasterij timeas ut dominum. diligas ut parentem. credas tibi salutare quidquid ille precipit. nec de maioris sententia iudices. Hec ille.

X. CONSIDERATIO.

Decima puella sic ait. Audi frater quibus rebus obedientia est compabilis. quibus inquires. Profecto rebus illis quibus ipse obediens comode vehitur ad portum salutis. Nimirum obedientia facta est quasi nauis institoris. Nempe sicut ille in nauis etiam quiescens comedens vel bibens. illo procedit. quo quidem tendit. quia non suo sed motu mouetur alieno. Ita et obediens in religione etiam quiescendo comedendo et bibendo ad portum salutis puenire meretur. Rursum obediens quasi eques in paradysum vadit. non quasi misere peditas super terram innitendo pedibus suorum affectuum. sed alieno sensui et voluntati quasi pedibus alienis innitendo. qui etiam ad celum viam sciunt. nec cespitare consueuerant. Et hinc est etiam quod obediens velocius portatur. quod pedes quibus innititur velociores sunt propriis. Nimirum qui in religione est surgit de nocte citius. currit ad choram celerius. et alia multa facit expeditius quam hic in seculo faceret tardius. Ex eadem etiam causa quod scilicet alienis innititur pedibus in vijs quibus procedit maculatur minus. nisi manifestam peccati immundiciam continerent. et sic de vere obediens dici potest ex proverbij. Vie eius vie pulcre. quare et offendit minus. manifesto enim peccato circumscripito. si quis hoc quod ei iniungitur peccati vel piculi in dubio contineret non ei esset. sed superiori cuius sensui et voluntati innititur impunitandum. et sic ei de suis superioribus potest dici. In manibus portabunt te. ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Nimirum subdit non solum non peccat sed etiam meretur si in dubio suo obediens superiori. in quo casu melior est condicio subditi quam sui superioris cui obedit vel que iuuat in causa probabiliter dubia. quibus secundum veritatem sit iniusta. facit ad hec sententia magni patris habita in decretis.

XI. CONSIDERATIO.

Undecima puella sic ait. Aduerto frater quod similis sis pueris qui de profundis rebus doceri quoniam indigent figuris. Quapropter ut quantum bonum per obedientiam profertim factam consequi valeas. hoc

per figuram discas. **E**cce em̄ pfecta obedientia nobis est admodū
 cōsolatorie figurata. **P**er quid inquires. **C**erte p̄ illam scalam quā
 liber geneleos iacob vidisse asserit. **I**pamq; describit. **V**idit inquit
 in somnis scalam stantē sup̄ terram et cacumē illius tangens celū
Angelos quoq; ascēdentes et descendentes p̄ eam ad dñm innixū
 scale. **V**elles aut̄ forsitā scire quō scala hec obediētie corrdet. **E**t
 ecce miro mō pulcre et pprie. **Q**uippe sicut p̄ scalam in altū corpa
 biliter. ita p̄ obediētiā in altum ascēditur spūaliter. **D**icente dño
 p̄ ysayam. dum non facis vias tuas et non inuenit̄ voluntas tua.
 tunc delectaberis sup̄ dño et sustollā te sup̄ altitudinem terre. et
 cibabo te hereditate iacob p̄ris tui. **S**ecūdo sicut scala gradus
 habet materiales. **I**ta s̄m p̄rem clareuallis. obediētia septē habet
 gradus spūales. quoz̄ primus est obedire libēter. scd̄s obtempa-
 re simpliciter. tertius obedire hylariter. quare⁹ obedire velociter
 quintus adimplere mandatū vtiliter. sextus obedire humiliter. se-
 ptimus obedire indefinēter. qui quidem gradus om̄s in virtutum
 sūmula declarantur. **T**ercio sicut scala duo habet latera dictos
 gradus sustētancia. **I**ta habz et pfecta obediētia cuius quidem la-
 tera sunt abrenūciatio pprii sensus. et pprie volūtatis. quō namq;
 bonus esset obediens qui sensui pprio inniteret̄ vel pprie volūtati
Hinc de primo etiam gradu taceo de alijs dicit pater clareuallis
 q̄ eum nō potest ascēdere qui voluntatē p̄cipiētis suam nō fecerit
Quarto sicut scala quā vidit iacob ascēdētib⁹ angelis et descē-
 dentibus erat quasi p̄ via. **I**ta obediētia est quasi via angelica. **I**p-
 sis scz̄ obediētibus dum descendunt fratribus ministrando et dū
 ascendunt deo per orationes lectiones et meditationes assistendo
Quinto sicut p̄dicta scala super terram stabat erecta. **I**ta et vir-
 tus obediētie non iacet in terra vt̄ de terrenis contenta. sed per
 intentionē potius erigitur ad celestia. **S**exto sicut cacumen p̄di-
 cte scale immediate tangebāt celum. **I**ta perfecta virtus obediētie
 confert in morte obediētis cum vel statim euolet vel post modi-
 cum vt̄ p̄i⁹ declaratum est. quasi imediatum transitum ad celeste
 regnum. **D**eniq; septimo sicut dñs videbatur innixus scale. **I**ta
 dominus quasi immediate se habet ad virtutem obediētie. sic vide-
 licet q̄ vel nullum vel modicum est medium inter pfecte obediē-
 tem et dominum ipsum dum moritur ad celestem gloriā suscipiē-
 tem. quēadmodū de se dixisse videtur sanctus dauid dño loquens
 Tenuisti inquit manū dexterā meā et i voluntate tua deduxisti me-
 et cum gloriā suscepisti me.

XII. CONSIDERATIO.

Duodecima puella sic ait. **S**cias q̄ sicut hoiez̄ sua inobīa de pa-
 radiso eiecit. ita obīa in paradisu hoīem introducet. **N**imir̄ in
 luca de xp̄o dici⁹ et discipulis. eduxit eos foras i bethaniā et eleua-
 tis maib⁹ suis bñdixit ill. et factū ē dū bñdicerz̄ ill. recessit ab eis
 et ferebat̄ in celū. **E**elix quē duxit dñs i bethaniā. i. in domū obīe

11

nam supare potest p̄re alijs . q̄ et ipse post x̄pm eodem in loco ascē-
surus sit in celum . Vtiq̄ ad excellentissimū statum . Audi quantum
ad spem statum hm̄i excellentissimū in domo obedientie p̄meren-
di quid ostensum fuerit cuidā p̄m posito in extrasi . Hic quidem si-
cut legitur vidit quatuor ordines hoīm ante deū . Primus erat ho-
minum infirmantiū et gr̄as deo agentiu . Secundus erat eorū qui
fuerant hospitales . Terci⁹ eorū qui solitudinē sectātur et non vi-
dent homines . Quartus eorū qui p̄pter deum et obedientiā sollici-
te patribus sunt subiecti . Erat autem hic quartus ordo supior alijs
tribus et maiore gloriā p̄re ceteris habebat . utens torque aurea
et dum quereret senex quare hoc esset . r̄nsum est ei qm̄ om̄s alijs ha-
bent aliq̄ requiem adimplēdo p̄prias voluntates q̄uis etiā bonis
opibus . Hic aut̄ om̄s volūtates suas relinquēs tot⁹ pendet in vo-
luntate patris iubentis . Merito aut̄ qui sunt hm̄i sup alios exaltā-
tur exemplo x̄pi de quo dicit apl̄us . Factus est obediens vsq̄ ad
mortem zc̄ . p̄pter quod et deus exaltauit illum . et donauit illi no-
men . quod est super omne nomen .

XIII. CONSIDERACIO.

Terciadecima puella sic ait . Vides frater ex p̄cedentib⁹ q̄ cōtri-
stari non oportet de supiorum mandatis et p̄ceptis . verum si
oporteret nō tñ in casibus multis . In casu nanq̄ quo papa quid p̄
subreptionem p̄cipit . non vult q̄ impleatur . testāte venerabili vo-
lumine decretoꝝ . Vñ et in quadā decretali eplā dicit papa ad quē-
dam archiep̄m . Aut mandatū n̄m veraciter impleas . aut per lras
quare adimplere non possis . r̄nabilem causam p̄tendas . quia pa-
tienter sustinebim⁹ si nō feceris . quod nobis fuerit p̄aua insinua-
tione suggestū . Rursuz in causa scandali potest quis a papalis mā-
dati executione excusari . papa in alia decretali eplā p̄ concilium
canonifata dicente . Si non potest ei sine scandalo p̄uidere . equani-
miter sustinemus si p̄ eo mandatū n̄m nōn dixeris exequendum .
Der hoc aut̄ verbū si nō potes glosa ordinaria sumit argumentum
id soluz fieri posse qd̄ comode vel iure fit et sine scandalo . et q̄ sic
p̄pter scandalū receditur a iure . et inducit ad hoc iura . Deniq̄ in
casu quo cōtra executionē rationabilis causa reddi potest nō est ne-
cesse mandatū pape exequi . Vñ et glosa ordinaria sup p̄missum ver-
bum equanimiter notata dicit esse argumentū q̄ mandatū supio-
ris non est necesse adimplere ubi ratio nō adimplēdi potest reddi .
et inducit ad hoc iura . **P**ostremo in casu quo p̄hibitio p̄lati p̄o-
pter necessitatē rūpitur is qui hoc vel in parte facit non culpatur
testante hoc etiā volumine decretoꝝ .

Capitulum quartum continens consolationes sup votoꝝ ob-
ligatione .

7

Quarto post pmissa ad supradictā dñam solatricē accessit et alia psona tristis. querens sup votoꝝ emissioꝝ obligacione consolari. cui mox illa de suis puellis pro consolatione ei impendenda duas assignauit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella ad predictum tristem sic ait. scio bene q̄ nōnulli sunt in mūdo virgines et vidue etiā libēter caste uiuentes. nō nulli sunt et viri a carnalibus delicijs abstinentes t̄pantiaz in cibis et potibus sectantes. atq; a multis vicijs se custodientes. quibus tñ ad hec vel cōsimilia graue esset voto obligari seu necessitari. **Sz** quid. Nunquit bene mouetur. Nequaq̄. Audias in hac parte sententiam magni p̄is Augustini. Non inquit te vouisse peniteat. immo gaude iam tibi nō licere quod cum tuo detrimēto licuissz. felix necessitas que in melioꝝa opellit. **P**tec pater ille et multū bene. Nam et felix necessitas in carētia consistens gladij q̄ opellit ad nō interficiendū. Cur non sic et felix necessitas consistens p̄pter votū in libertatis carētia que opellit ad sectandū t̄pantiam ad caste uiuendū. ad abstinentiū a carnalib⁹ delicijs. ad se custodiendū a vicijs multis. Deniq; p̄pter tria s̄m thomā aquinensem melius est aliqd̄ facere ex voto q̄ sine voto. **P**rimo quia vouere est actus latrie qui est virtus nobilissima. quod aut impatur a virtute nobilissima melius est et magis meritoziū. **S**cdo q; qui vouet magis se deo subicit q̄ ille qui non vouet. sicut qui arboꝝem dat cum fructu q̄ qui dat tñ fructū. **V**t anshelm⁹ dicit **V**n̄ et p̄mittētib⁹ gr̄e aguntur **T**ercio. quia p̄ votū voluntas immobiliter firmatur ad bonum. facere aut aliquid ex volūtate ad bonū firmata. hoc s̄m pl̄m in ethicis ad p̄fectionem pertinet virtutis.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. Audi fr̄ illud quod cadit sub voto vel scitur esse bonū vel malum vel quale sit est dubium. **S**i dubiū quidem. facile poterit in certum bonū omutari. **S**i bonū vero quod nō est aliud melius. solatoria debz esse ad ip̄m implendū obligatio. felici iuxta dictum sorozis mee necessitate existēte que opellit in melioꝝa. **S**i aut̄ tristat quia aliud impossibile melius est. facile potest eo in melius omutato tristitia cessare. **I**mmo circa bonum et melius. Audi patrem clareuallis. **E**go inquit non arbitroz minoꝝa vota impedire debere maioꝝa. nec deum exigere quid tanq̄ sibi p̄missum bonū si pro eo melius aliquid fuerit psolutum. **E**tem vero alicui forte debenti vobis duodecim nūmos si pro eis die constituta marcā solueret argenti iuste irasceremini. **D**ozro si quod sub voto cadit malū esse dinoscitur non tristat votū. quia nō est obligatorium dicente illo psidoro. **I**n malis p̄missis resgnde fidem. **I**n turpi voto muta decretū. quod incaute vouisti nō facias. impia est p̄missio que scelere adimpletur. **D**eniq; circa id qd̄. euentu malū

11
fit doctores sic diffiniunt. Illud inquit quod in aliquo euentu est bonum. in aliquo malum non obligat nisi pro euentu bono. ut vocatur **lepte** de quo in libro iudicum. Vnde venerabilis thomas aquinensis. quidquid inquit votum fiendum impediret si pñs esset etiam voto facto obligationē aufert. Vnde si aliquid possibile cū vouetur postea fiat impossibile tollitur obligatio. Nec ille.

Capitulum quintum continēs consolaciones sup necessitate abstinendi a voluptatibus carnalibus seu super restrictione a talibus.

Quinto post premissa ad dñam illam magnam consolatricem accessit et alius tristis sup restrictione a carnalibus voluptatibus querulando: at illa eidem duas de suis puellis pro consolatione deputauit.

I. CONSERVATIO.

Prima puella sic ait. Noui frater supra p sororem meam sufficienter te edoctum vacare carnalibus voluptatibus minime expetere. etiam si liber esses: et ultionē dei non timeres: nūc vero tñ restat te consolari super abstinēdi a talibus necessitate contraria libertati. Quapropter scias q homo in hac parte suo arbitrio libere derelictus non minus q nunc pōicta necessitate: imo multo amplius et grauius captus esset seu constrictus. Vis hoc per testē scire? Audi salomonem in prouerbijis. Iniquitates inquit sue capiunt impiū: et finibus peccatorū suorū quisqz constringitur. Audi quoqz magnum patrem Augustinum. Suspirabam inquit ligatus nō ferro alieno. sed mea ferrea voluntate. velle meum tenebat inimicus. et inde mihi cathenā fecerat et dirinxerat me: quippe ex volūate peruersa facta est libido: et dum seruitur libidini facta est consuetudo: et dum consuetudini non resistitur: facta est necessitas. Nec ille pater. Et nota hoc q dicit velle meum tenebat inimicus: sed nullus esse potest tam malus prelatus. quin tolerabili⁹ sit q velle subditi sit in eius q in inimici potestate.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. Nescis homo q ab inimicis periculose captus ac ad tempus dimissus: tempore induciarum nōnunq̄ capitur denuo ab amicis: ne si primis capientibus se forsitan presentaret: deterius ei contingeret. tam in rebus q̄ etiam in persona. Sed quid? Nunquit non om̄is carnales habens voluptates exercēdi libertatem: et si non actu captus sit. de p̄p̄quo tamen capi valens iam multociens est censendus captus esse: quippe qd̄ parū distat nihil distare videretur. Expedi igitur ei vt extra tale piculuz ne periculossimum incurrat laborintum ab amicis capiatur deo: sibi a carnalibus abstinendi necessitate quolibet imponēte. Quapropter summus amic⁹ tuus ip̄e deus per infirmitates forsan a carnalibus

voluptatibus puta febribus vel alijs cōsimilibus te restringat: totum hoc paternum est atq; sentiendū est esse bonum tuum etiam in presenti. **D**er hoc nempe a febre spiritali et vtiq; grauiori suppositaris: ne scz primo frigus refrigerentis in te caritatis sentias: et calorem deinde nimium libidinis estuantis: participium quidē et principium future febris infernalis qua vexabūtur impij. ppetuis porinijs iterum et iterū et sic impetuum transeundo ab aquis nimium ad calorem nimium. Deniq; et p hōi infirmitates te ab illicitis restringentes liberaris ab infirmitate spiritali te frangente et temptationib; subcūbente: que quidem inimica est mentalis vigoris et vniuerse virtutis. **P**orro si per religionem restringaris atq; amicabilem capiaris et hoc quolibet deroget libertati: docecebunt sorores mee que secuntur de hoc nequa; dolendum esse. sed gaudendum.

Capitulū sextum cōtinens consolationes sup religionis ingressu et derelictione mundi et secularis vite et oim q in seculo amantur

Sexto post pmissa ad p̄fatam dñam consolatricem accessit et alius tristis sup pmissis consolari desiderans. cui mox illa de suis puellis sex assignauit.

I. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. O homo si captiuus es seu uinctus eo conuolueris quo alligatus existens. si uolueris facile liberaberis. Quoniam modo inquires Profecto si prouideris quod christo alligeris uinctus amoris seu caritatis quasi cathenula aureis et fortissimis uinctus in christo subiectiue et ad te protensa obiectiue te scilicet inuoluerit ut obiectum amatum. Alia in te fixa subiectiue et protensa ad christum obiectiue. ipsum scilicet. inuoluerit ut amatissimum obiectum. Nonne hec sunt due cathenule auri purissimi sibi inuicem coherentes. de quibus mentio fit in exodo. Videtur omnino quod sint uel quasi ille. Nempe quasi cathena aurea ab homine ad christum protensa contextitur ex multiplicatis actibus amoris tanquam circulis coordinatis. et per exclusionem interruptionis immediate diunctis. quos actus dico circulos. quippe quemadmodum secundum quendam sapientem est attendere in anima aspectum rectum reflexum in circulos. Ita et in proposito anime actu recto diligit deum et actu reflexo cum eo quasi circulum faciente diligit se diligere deum. ex cuiusmodi circulis constituitur una cathenula caritatis seu amoris. non qualiscumque sed aurea. siue de auro ignito et probato. de quo in apocalypsi fit mentio. et hec cathenula christum inuoluit ac coheret cathenule christi hominem inuoluerit. Quid igitur mirum est quod homini in cathenulis homines christo alligantibus dixi consistere uincula caritatis utique ipsorum hominum christo attractiua. Dicente domino in osee. Traha

V

eos in vinculis caritatis que quidem omnium vinculoꝝ p̄fectione
sua sunt fortissima. unde et caritatē h̄re. dicitur vinculū p̄fectōnis
Quod igitur quantum merito posset homo solari captus seu vincula-
tus p̄sertim p̄pter fidem xp̄i per dilectionē opantez. Nempe talis
hoc ip̄o aureis catenis fortissimis alligaretur xp̄o. cui sic alliga-
tum esse est verius in celo q̄ in terra esse. et p̄ sequez q̄ in terra ca-
ptum seu vinctum esse. non obstante si adhuc esset alicui s̄m corp̄is
substantiā alligatus quēadmodū dixit paulus. **E**cce alligat⁹ ego
spiritu vado ierlm. Immo cēsendus est talis in terra nō esse. Quo in-
quies pacto aut qua cēsure. Profecto s̄m omnē facultatem modi-
cum p̄o nibilo reputatur. Vñ si minimus digitus meus solus esset
in carcere. nemo p̄ hoc incarceratū me iudicaret. **S**ed certe secun-
dum magnū p̄em Augustinū minus est totum corp⁹ respectu aie.
q̄ sit digitus minimus respectu residui corp̄is. **C**ensura quidē hu-
iusmodi p̄cessisse etiam videtur dictuz illud illustris ieronimi p̄
neptem meam sup̄ius recitatū. s. infinita heremi vastitas te terret
paradisum mente deambula. quocienscūqz cogitatione ac mente il-
luc cōscenderis. totiens in heremo non eris. **Q**uare pari pacto co-
gitatione et auiditate in illa eterna patria d̄uersatus cēsendus est
in terra non esse. ubi est s̄m mimā p̄tem sue substātie circūscrip⁹.

**Capitulum decimūquintum cōtinens consolationes super incar-
ceratione.**

Quintodecimo post p̄missa ad sepe dictā dñam cōsolatricē
p̄cipalē etiam alius tristis querelā de sua incarcerationē
p̄duxit. Cui mox illa tres de suis puellis p̄o cōsolatōe
sibi impendenda deputavit.

I. CONSIDERACIO.

Prima puella sic ait. **C**ur hō de carcere tristar̄is. **E**stimo q̄ aut
rōne penalitatis. aut rōne d̄fusionis. aut rōne detentionis cō-
trarie libertati. **S**ed nulla harū rōnum est sufficiens. aut em̄ ex de-
lictō carcerēz meruisti. aut iustus existēs minime deliquisti. **S**i for-
tassis detur p̄imum magnum bonuz est tibi q̄ hic luis delicta. hic
te non punito vel minus q̄ carcere incompatibiliter alibi grauius
luenda. **D**ozro si secundum detur. firmiter crede et nullatenus
dubites p̄o penalitate indebita habebis delicias. **N**imirum sicut
de babilone dictum est q̄ntum in delicijs fuit. tantum date illi tor-
mentum et luctuz. loquēdo scz de tanto non secundū equalitatem
quantitatis s̄z p̄portōis. cū eodē verboꝝ in contextu p̄mittatur po-
culo quo miscuit nobis miscere illi duplū. **I**ta et ecōtra de iusto est
fentiendum q̄ si in tormētis fuerit seu penalitatibus hoc ei iusto dei
iudicio p̄ delicias s̄m p̄portionē d̄sil em recōpēsādū erit. an nō de⁹

ita est pronus ad dandū delicias post penāitates sicut ad dandū tormenta post delicias. ¶ Rursum iustus pro confusione carceris laudes habebit et solacia societatis. De laudib⁹ quidem superius soror mea verbū magni patris Augustini recitauit sic dicētis. Nō ita laudamus ioseph cum frumentū distribuebat sicut cū carcerem habitabat. Desolatio vero societatis multis in locis patet. Iustus nanq; incarceratus petz p̄cipē ap̄loz socium habz. Nam petr⁹ quidē seruabatur in carcere. Item sociū habet paulū qui dicit se fuisse in carceribus abundātius. Sociū habz iohannē baptistam quo maior nō surrexerat inter natos mulierum. Nam misit herodes rex manus ac tenuit iohē et vinxit eum in carcerē. Socios habz plurimos qui fuerūt ludibria et verbera expti. insup et vincula et carceres quibus dignus non erat mundus. Sociam habz Agatam in carcerem trusam que letissime et gloziāter ibat ad carcerē quasi ad epulas inuitata. Sociam habet katherinā margaretā ac infinitam sanctorū et sanctarū multitudinē. ¶ Deniq; iustus pro detentione carceris libertatē habz celestis deambulatōnis de qua p̄ sororem meā prius patuit. ¶ Nū quēadmodū ad quendā ait illustris ieronim⁹

Infinita heremi vastitas te terret. s; tu paradysum mente deambula quotienscūq; cogitatione ac mente illuc descenderis. totiens in heremo non eris. Ita et ego dicere possum pari pacto. Si carcer te terret. paradysus mēte deambula. quotienscūq; cogitatione ac mēte illuc descenderis. totiens in carcere non eris.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. Nōne magna ē incarcerati glozia si hoc x̄ps quod boni vel mali fit p̄sone incarcerate. sue ascribit p̄sone. Est oino. Sed quid. Profecto qd̄ incarceat⁹ boni vel mali fit hoc x̄ps sue p̄sone ascribit. Audi de bono ip̄m x̄pm loquentem. In carcere inquit eram et venistis ad me. Amen dico vobis q̄diu fecistis vni ex his fr̄ibus meis minimis mihi fecistis. Audi rursum de malo. In carcere inquit eram et nō visitastis me. Amē dico vobis q̄diu non fecistis vni de minoribus his nec mihi fecistis.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. Nōne multi eligerent esse potius in carcere cum amica dilecta multiplicib⁹ gratijs dotata. q̄ esse extra carcerē et carere tali amica. ¶ Vtiq;. Sed quid. Profecto iustus si in carcere fuerit amicā secum habebit. Qualē inquires. certe gr̄otio il̄ simā. utpote speciosam et forma amabilē. generosam. locupletem sensatam. virtuosam. multa scientē. letam et solaciosam. atq; delectabilem. Dices forte. que nam est ista. certe ipsa sapientia. ¶ Vis scire q̄ illa forme sit amabilis et speciosa. Audi scripturam de ipsa loquentem. Hec est inquit speciosior sole et sup̄ omne dispositionem stellarum. et sequitur. Hanc amaui et exquisiui a iuuetute mea et quesui sp̄saz mihi eam assumere. et amator fact⁹ sum fo. me ill. 9

P

Vis scire q̄ generosa sit. **A**udi qđ post p̄dicta sequitur genero-
sitate illius gloriatur d̄uberniū h̄ns dei. sed et oim d̄ns dilexit
eam. **V**is scire q̄ ditissima sit. **A**udi ulterius quod sequitur. **S**i diui-
tie appetuntur. quid sapientia locupletius. **V**is scire q̄ sensata sit.
Audi quod sequitur. **S**i sensus opatur quis horū que sunt magis q̄
illa est artifex. **V**is scire q̄ virtuosa sit. **A**udi quod sequit̄ labores
h̄mōi magnas habēt virtutes. **S**obrietatē em̄ et sapientiam docet
et iustitiam et virtutē. quibus vtilius nihil est in vita hominibus
Vis scire q̄ multa sciēs sit. **A**udi quod sequitur. **S**i multitudinē sci-
entiae desiderat quis. scit p̄terita et de futuris estimat. scit versutias
sermonū. et dissolutiones argumentorū. signa et mōstra scit anteq̄
fiant. et euentus tempum et seculorū. **V**is scire q̄ solacioſa et leta
sit. **A**udi quod sequitur. non habz amaritudinē d̄uersatio illi. nec
tedium d̄ictus illius. sed leticiā et gaudiū. **V**is scire q̄ delecta-
bilis amica sit. **A**udi qđ sequitur. **I**n amicitia illi delectatō bona
Quero si vis scire q̄ iustus si in carcere fuerit amicā h̄c secū ha-
bebit. **A**udi quod post plura sequitur. **H**ec venditū iustū non dere-
liquit. sed a peccatoribus liberavit eum. descēditqz in foueam cū
illo et in vinculis non dereliquit illum.

Capitulum sedecimum continens cōsolationes sup captiuitate
moralī qua quis ab aliqua p̄sona captus est excessiuo amore egritu-
dinem inducente.

Dextodecimo post p̄missa ad supradictā dominam p̄inci-
palem d̄solatricem etiā alia p̄sona tristis grauata excel-
su amoris accessit gratia inueniēde d̄solationis. Cui ip̄a
mor eiusdem rei gratia quatuor p̄doneas ad consolandū
de suis puellis adiunxit. **I. CONSIDERATIO.**

Prima puella sic ait. Cur queris sup amore excessiuo consolari.
Talis quidē amor malus existens. non solum pene sed malum
culpe includens. per se loquēdo non recipit d̄solationem. quippe
nullū in eo bonū est attēdere quod malū ei. perfecte excusare qat
q̄uis inde bonum aliqđ saltem p̄ accidens trahi valeat. nō em̄ sūt
facienda mala ut inde eueniant quecūqz bona. **V**erūtamen hac in
materia locum habet consolatio secundum quid vel per accidens.
puta si amor h̄mōi sit occasio boni. **E**st aut̄ bene occasio boni etiā
magni. **N**imirz in habētibus symbolum facilior est transitus. quē
admodum igitur qñqz amor aliquorū spiritualis transit in carna-
lem. d̄tra quos inuebitur ap̄ls dicens. cum spiritu cepitis. nūc car-
ne d̄sumamini. **I**ta et econuerso nōnunq̄ carnalis amor transit in
spiritualem. **Q**uo pacto. certe p̄pter symbolicas conditiones reruz
vtroqz amore spirituali sez et carnali amatarum. puta p̄pter symbo-
lum pulcritudinis fidelitatis. et ardentis dilectionis. **S**i em̄ i ami-
co te delectat ip̄ius pulcritudo delectabilis. **A**udi magnū patrem

117

Augustinum. Nihil inquit inuenies delectabilius deo. nihil illo pulcrius. nihil illo lucidius. Sed forte dices nō possum ipm sicut hoīem oculis intueri. **Audi eundē magnū p̄em.** Si inquit queram a te quare amas. r̄nsurus es mihi. homo est fidelis ergo fidē amas. Si fidē amas quib⁹ oculis videtur fides. ipsis oculis videtur de⁹. **Rursum** igitur si te in amico delectat ipius fidelitas. scito q̄ deus fidelissimus est. Immo dicit scriptura. **Maledictus** homo qui confit dit in homine et ponit carnē brachiū suum et sequitur. **Benedict⁹** vir qui cōfidit in dño et erit dñs fiducia eius. S; hec non essent nisi quia et siquid fidelitatis sit in hoīe. tñ illa diminuta et pene nulla est respectu fidelitatis dei. qui anthonomacice vocatur in apocali pli fidelis et verax. S; nōne et alia scriptura dicit. **Deus fidelis** et absq; vlla iniquitate. et fidelis dñs in om̄ib⁹ verbis suis. De quo et paulus dixit. **Fidelis est deus** qui non patietur vos temptari supra id quod potestis. s; faciet cum temptatione p̄uentū vt possitis sustinere. **Demū** si te delectet in amico ardens ipius amor. p̄fecto amor dei te p̄ueniens et ita ad se reamandū te puocās. om̄ez carnalis amoris te puocātis ardore excedit. **Audi iohē os aureū** **Nemo** inquit amator carnaliū. et si sit supra modū insaniens ita exardescere p̄t in amore dilecte sue. quēadmodū deus effūditur in amore animarū n̄arum. **Hac** aut̄ habita cōsideratione homo qui in hoc delectatur q̄ carnali amore ardentē diligitur atq; p̄pter hoc ardētē diligit. facile de hoc trāsit amore in amore spūalem. quo deū se ardentissime diligēt. ip̄e sic puocat⁹ deū viceversa cō opante gratia multo ardentius diligit. qm̄ ante carnaliter dilexit creaturā. **Gratia** quippe testante magno **Ambrosio** vehemētior est ad diligendum q̄ natura. In hoc igitur s̄m quid et p̄ accidens felix culpa carnalis amoris atq; eodem modo cōsolatoria quo p̄pter simbolicas cōditiones p̄dictas v̄l cōsimiles. natus est carnalis amor trāfire in spūalē et diuinū. **Postremo** iste transitus facili⁹ est propter symbolum nonnullorum modorum exhibitionis intimissimorū se tenentiū ex p̄te amātis amore carnali qui etiā vel magis amātū conueniūt amore spūali. Ita vt nōnunq̄ dicatur q̄ amico bene se sciuit exhibere q̄ dilexit amore carnali. is se x̄po scit intimi⁹ exhibere amore spūali q̄ ille qui sine affectione fuerat. et nunq̄ in se carnalis amoris affectionē est exptus.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. **Nōne** vel quāq; gustasti qm̄ suavis est dominus. ac nouisti. q̄ gustato spiritu desipit oīs caro. **Hoc** aut̄ pacto tanq̄ de re insipida et nauseaz generāte facile sequitur odium p̄sone carnaliter amate seu dilecte. et ipius carnalis amoris. odiū inq̄ etiā valde intensum. **Nōne** em̄ legisti qualiter amon filius dauid sorore suā thamar speciosissimā adamauerit. ita vt p̄pter amorē eius egrotaret quā tñ postq̄ eam oppresserat et cubauerat

Y

cum ipsa exosam habuit magno odio nimis. ita ut maius esset odiū quo oderat eam. amore quo ante dilexerat. quam idcirco a se expulit et de cubili per ministrū suum eiecit. nec tamen legitur quod hoc odium gestato spiritu sit secutum. quanto igitur facilius gustato spiritu sequitur intensum odium carnalis amoris. Ex hoc autem odio facile ulterius sequitur quod is qui prius carnali amori fuit deditus vehementius detestatur de ipso amore prehabito. et vniuersaliter de peccatis. et per consequens maiori resurgit in gratia quam si nunquam antea personam aliquam adamasset. ac deinde preuia maiori gratia sequitur perfectio glorie eternaliter duratura. Quid igitur. Nonne in hoc perfectu gratie et glorie consistit consolatio. consistit quidem et non modica. Sed quoniam homini profectus causa per se non est carnalis amor. qui tamen est occasio. Idcirco gaudeas precise de profectu. de carnali autem amore quoniam sit eius occasio. tamen tanquam de defectu et peccato semper doleas. quoniam tamen dolore consolatio de profectu tibi plurimum mitigabit.

III. CONSIDERATIO.

Tercia puella sic ait. karissime circa defectum non modicam tribuit consolationem ipsius defectus efficax et facile remedium. Tali autem remedio defectus amoris hereos non caret. Nimirum quod remediabile malum sit amor talis quod et cito remediari possit. patet primo exemplariter in amore prius per sororem meam recitato quo scilicet amon thamar adamauit qui pulcritudine eius non obstante mox in maximum odium est conuersus. Defacili namque detestabilis aliqua conditio mulieris vel ipsius amoris carnalis. vincit bonum pulcritudinis. et perfecto odio extinguit ardorem talis amoris. Secundo patet ex hoc quod si non esset remediabile malum magnus ille poeta cuiuslibet librum facere de amoris remedio minime presumpsisset. In hoc quidem libro amator amatam fugere docetur eo quod personam cuius amore quis captus est fugere principale esse remedium iudicatur. Nimirum heccine captiuitas per separationem personarum ab inuicem siue per fugam optime fugatur. quippe pro uerbo dici solet. quod procul est ab oculis procul est a corde. Docet autem et hoc experientia cuius enim absentiam hodie tolero. cras et post cras melius et melius et tandem optime tolerabo.

III. CONSIDERATIO.

Quarta puella sic ait. Nunquit frater per ea que iam dicta sunt dilucide intellexisti quod captum esse amore hereos est malum remediabile. Intellexi inquit. Sed nunc amplius et profundius hoc intelligas. atque idcirco eo amplius consoletis. Nimirum quando quis periculose captus est ab inimicis captiuitatis huius remedium est si denuo et fortius capitur et cathenatur seu tenetur ab amicis. ne se valeat primis capientibus presentare. Sed quid.

11

Nōne is qui amore hereos mulierē aliq̄ diligit p̄sertim illa suis hoc fallacijs p̄curante. est quasi ab ea capt⁹ vnde salomon in pro uerbijs. **M**ulier inquit p̄ciosam viri animam capit. **S**ed quō capt⁹ est ab ea. **C**erte quātum ad effectum incendij et pestifere cōtagionis atq; mortifere amaritudinis et dyabolice deceptionis. captus ē ab ea tanq̄ ab inimica. eo quidem q̄ omnia eius verba. et facta. habitus. gestus. et incessus hmōi. suo captiuo inimicantur. **N**onne hoc verum est quancū ad effectum incēdij et pestifere cōtagionis. cum postq̄ dixit salomon mulier p̄ciosam viri animā capit. subiūgat dicens. **N**ūquid potest homo abscondere ignem in sinu suo. vt vestimenta illius non ardent. aut ambulare sup̄ p̄unas et non oburentur plante eius. **S**ic qui ingreditur ad mulierē pximi sui. non erit mundus cum tetigerit eam. **N**onne illa captiuo suo seu capiēdo inimicatur effectū mortifere amaritudinis. **C**erte sic. **I**ta q̄ ab ip̄o verbo quo se dicit amare non dulcedo finaliter. sed amaritudo descendit. quia a suo amare per effectuum deriuationē. fit amara. ea p̄pter rursus audi salomonē. fili inquit ne intenderis fallacie mulieris. **F**auus em̄ distillans labia meretricis. et nitidius oleo guttur eius. nouissima autē illi⁹ amara quasi absinthiū. et acuta quasi gladius biceps. pedes ei⁹ descendūt in mortē. et ad inferos gressus illius penetrāt. per semitam vite non ambulauit **V**agi sūt gressus eius et inuestigabiles. nunc ergo fili mi longe fac ab ea viam tuā et ne appropies foribus domus eius. **H**ec ille. qui et alibi sic dicit. **I**nueni amariozem morte mulierem. que laqueus venatorum est. et sagena cor eius. vincula sunt man⁹ illi⁹ qui placet deo effugiet illam. qui autem peccator est capietur ab illa. **N**onne autem captiuo suo etiā inimicatur effectū dyabolice deceptionis. **C**erte sic. **S**udi adhuc semel salomonē de muliere extranea et aliena loquentem. **V**erba inquit sua facit dulcia. **D**e fenestra domus mee p̄ cancellos p̄spexi. et video paruulos. et considero vecordes iuuenem. qui transit per plateas iuxta angulum et p̄pe viam domus illius graditur in obscuro. aduesperāte die in noctis tenebris et caligine. et ecce mulier occurrit illi ornata meretricio. preparata ad decipiendas animas. garrula et vaga nec valens in domo consistere pedibus suis. nunc foris autem in plateis. nūc iuxta angulos insidians. apprehensumq; deosculatur iuuenem. et p̄ caci vultu blāditur dicens. **V**ictimās p̄ salute deuoui hodie reddidi vota mea. **I**dcirco egressa sum iu occursum tuum desiderans te videre et repi **I**ntexui funibus lectulū meum. stravi tapetibus pictis ex egipto. aspersi cubile meum. mirra. aloe et cynamomo. **V**eni inebriemur vberibus. et fruamur cupitis amplexib⁹ donec illucescat dies. **N**ō est vir in domo sua abiit via longissima. saculam pecunie secum tulit. in die plene lune reuersurus est in domum suam. **I**rretiuit eum vultis sermonibus et blandicijs labiorum. protraxit illum. statim

eam sequitur quasi bos ductus ad victimam et quasi agnus lasciu-
 ens et ignorans q̄ ad vincula stultus trahatur donec trāsfingat sa-
 gitta iecur eius velut si avis festinet ad laqueū et nescit. q̄ de peri-
 culo anime eius agitur. nūc ergo fili mi. **A**udi me et attēde verba
 oris mei. ne abstrahatur in vijs illius mens tua. nec decipiaris se-
 mitis eius. multos em̄ vulneratos deiecit. et fortissimi quiq̄ inter-
 fecti sunt ab ea. **V**ie inferi dom⁹ eius penetrātes in interiora mor-
 tis. **V**er⁹ p̄sona stulta sic ad vincula tracta et capta tanq̄ ab ini-
 micis. denuo capi poterit tanq̄ ab amicis et a p̄iori captiuitate li-
 berari. **D**er quid inquires. **C**erte p̄ aliquid qd̄ forti⁹ est sagittis amo-
 ris et vinculis mulieris. **N**empe si hac in parte viuo et rege fortas-
 sis fortiores sint mulieres. **H**oc tñ non obstat. **N**am teste scriptura
Sup̄ om̄ia vincit veritas. s. veritas fidei que s̄m apl̄m p̄ caritatem
 opatur. **V**nde et iohānes dicens. **S**i quis diligit mūdum nō est ca-
 ritas p̄ris in eo. qm̄ om̄e qd̄ est in mundo concupiscētia carnis est. et
 concupiscētia oculorū et sup̄bia vite. **P**ostmodū subiungit. **H**ec est
 victoria que vincit mundū fides vestra. **H**inc est etiā q̄ cum quan-
 tum ad concupiscētiā carnis existentis in mūdo venerabilis quidā
 pater dixerit. mulier arma dyaboli. **A**postol⁹ petrus docens ei re-
 sistere. **A**dversarius inquit vester dyabolus circuit querēs quē de-
 uoret. s. ore vulue. aut vero ore ml̄ieris libidinose. cui resistite for-
 tes in fide sc̄z non solū vt paulus ait. **S**umētes scutū fidei quo pos-
 sitis om̄ia tela nequissimi ignea extinguere. ne. s. vt p̄mittitur tran-
 sfigat sagitta iecur hoīs. s̄z etiā ne vt stultus ad vincula tractus ca-
 ptus maneat p̄curus. forti⁹ vinculo fidei capiatur. q̄tenus p̄ h⁹
 de p̄ioribus mulierū vinculis liberetur. **Q**ueadmodū em̄ legitur
 de sampsonē q̄ vincula quibus eum dalida vinxerat ita rupit quo-
 modo si rūpat quis filum de stuppa tortum. vel quasi fila telarum
Ita is qui captus amore mulieris quē. s. mulier velut altera dalida
 ligaminib⁹ suis vinxit. p̄ fidem illuminat ac p̄ hoc forti⁹ ip̄m vi-
 culo amicabiliter capit. est velut alter sampson. sol fortis. aut illu-
 minans interpretatus. qui taliter capti p̄iora vincula dissipat. quō
 sol illuminās nebularū dissipat densitatē. **N**ec mir⁹ q̄ p̄iora vicu-
 la vincit veritas fidei p̄ caritatē seu dilectionē opantis. **I**n horum
 liquidē fidei. s. et caritatis opib⁹ consistunt fortissima vincula. **E**n nō
 forte est opus fidei. de qua dixit saluator discipulis. si habueritis
 fidem sicut granū synapis dicetis monti huic trāsi hinc et trāsbibit
 et nihil impossibile erit vobis. **S**ed et in caritatis opere vinculum
 fortissimum est attendere. de cuius fortitudine loquens hugo ille
 regularis. **Q** inquit caritas q̄ magnum est vinculū tuum. quo etiā
 deus ligari potuit sc̄z in colūna flagelland⁹. ad q̄ ip̄m tenere nul-
 lum aliud vinculum potuisset si caritatis vinculum defuisset. **E**idei
 itaq̄ et caritatis opera sibiinuicem in fide per caritatem operante
 coherētia. apte possūt intelligi in cathenul̄ illis supra memoratis

11

de quibus dicitur in exodo. **F**acies duas cathenulas auri purissi-
mi sibi inuicem coherentes. et hoc ibi patet de caritatis operibus
per ordinarium apparatus. bene inquit opus caritatis per cathen-
ulas aureas significatur. quia sicut cathenula ex purissimis auri vir-
gulis contextitur. Ita caritas ex multiplicariarum virtutum operatione
perficitur. quas virgulas apostolus exponens ait. caritas patiens
est. benigna est et cetera. **N**ec autem cathenula coheret cathene
fidei. ex ipsius fidei articulis in symbolo coordinatis. **N**ec ex illis
que ex eis consequentialiter inferuntur constitute. que et ipsa au-
rea est et plus quam aurea in valore. dicere petro apostolo. **P**robatio
fidei vestre multo pretiosior auro quod per ignem probatur. **Q**uod
ne igitur liquido patet quod captus amore hereos mulieris secundum
predicta quamuis amicaliter. tamen fortius capi potest et ligari ut
ruptis vinculis mulieris ipsam euadat. **H**uius etiam possibilitatem
euationis salomon asserens postquam de mala muliere. quod laqueus ve-
natorum est et sagena cor eius. et quod vincula sunt manus illius pre-
mississet. subiunxit. qui placet deo effugiet illam. qui autem pecca-
tor est capietur ab illa. **R**emedium igitur contra eius capturam est
de peccatis conteri et deo placere. **S**ed quid. **P**rofecto constat quod
predicta fidei et caritatis vincula hominem deo alligantia pec-
catum excludunt sed quod etiam ut ipse homo deo placeat operen-
tur. **D**e hoc sunt certa testimonia. **A**udi quantum ad opus carita-
tis ipsum dominum loquentem. **E**go inquit diligentes me diligo.
De huius autem signo per effectum. **A**udi apostolum. **O**culus in-
quit non vidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis ascendit.
que preparauit deus his qui diligunt illum. **D**ozro quantum ad fidem
dicitur in ecclesiastico. **B**eneplacitum est illi fides. et huius signum
placencie est. quod discurrendo per scripturas patet deum circa mul-
tos fecisse maxima quod tanquam cause eorum fidei ascribebat. **S**ed et
sine fide impossibile est deo placere.

Capitulum decimumseptimum continens consolationes super li-
gamine maleficii.

Decimoseptimo post premissa ad supradictam dominam con-
solatricem accessit et alius tristis maleficiatus querens
consolationem. cui mox ipsa ad consolandum eum de suis
puellis duas deputauit.

H. CONSIDERATIO.

Prima puella ad hominem istum sic ait. **O** homo si maleficio es
ligatus. ita ut amore cuiusvis persone captus sis. consolationem
ex his queras. que circa amorem hereos sunt premissa. **S**ive autem
ad odium cuiusquam persone siue ad amorem maleficio sis ligatus

17

viriliter resistas dyabolo et consolationi tibi sit quod dudū supra neptis mea. Iohem es aureum dixisse cōmemorauit. In primis inq̄t grauis et insuperabilis est impetus dyaboli. quē si quis forti animo sustinuerit. In secundo inueniet eum infirmiozem quanto em̄ plus percussus fuerit magis refrigerat et deficit. Nec ille. Qui rursus de dyabolo xpm temptate loquens. Non inquit impulit. non tetigit. sed tantum dixit mitte te deorsum ut intelligam quod qui obedit dyabolo ipse se disponit. Dyabolus em̄ suggerere potest. cogere nō potest. Quanta est hec consolatio. ad tanti nanq̄ viri auctoritatē sequitur dyabolū non posse cogere ad inordinate quēpiam amandū vel odiendum. Si igitur amor aut odium insit etiam habitualiter. sicut per actus generaliter habitus. ita etiam cessantibus actibus tandē cessat habitus tam odij q̄ amoris. Quid ergo Profecto dum quis ab obiectis vtriusq̄ actus elongatur ipsorum venit in obliuionē et tunc cessant actus igitur consequenter dum contra suggestionem dyaboli virili hominis resistentia et gratia dei coopante iam debilitati ac deficientis actus odij et amoris ad quos cogere nō potest per elongationē ab obiectis cessant. etiam habitus cessat vtriusq̄. et sic homo a maleficio auxilio dyaboli procurato reformatur et hec quidē reformationis eius possibilitas potest ipm merito consolari

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella ad aliud quoddam maleficii genus accedens sic ait. O homo forsitan alio modo quam predicto maleficiatus existis. faciente scilicet maleficio quam coniugem cognoscere et plene generare non possis. quod deo permittente per subtractionem corporalis materie ad actum conjugalem seu cubicum maritalem requisite. magis est quam actus odij vel amoris in ipsius dyaboli potestate. Sed nec sic relinquentis es sine consolatione. Est nanque de remedio cuiusdam archidiaconi salubre consilium in decretorum venerabili volumine recitatum. Si inquit per fornicarias atque maleficas occulto sed nunquam iniusto iudicio deo permittente et dyabolo preparate concubitus non sequitur. sed post contractum matrimonium. hortandi sunt quibus ista eueniunt. ut corde contrito et spiritu humiliato. et sacerdotibus de omnibus peccatis suis puram confessionem faciant. et profusis lacrimis et largitionibus elemosinis. et orationibus. atque ieiunijs domino satisfaciant. et per exorcismos ac cetera ecclesiastice medicine munia ministris ecclesie tales quantum auerit dominus qui abimelech ac domum eius abrahe orationibus sanauit sanare procurent. Quod si forte sanari non poterunt. separari valebunt. Nec ille pater et nonne taliter maleficiatus consolabitur quam quod cum prima coniuge habere non preualet separatus ab ea potest consequi per secundam. Quod si forte maleficio. Factum est ut ipse maleficiatus perpetuo maneat impotens. quo ad omnes vel alias propter perpetuum maleficium contracto matrimonio superueniens non possit transire ad secundam. restat nihilominus pro ipsius consolatione non modica quam pro plis infortunium

11
aut per eius quenq̄ in moribus vel natura defectum. non poterit
vnq̄ contristari. quinimo potius de hoc contrariū videns in alijs
plurimum consolari q̄ ab om̄i posteritatis sollicitudine suppoza-
tur. Ad hec quidem magnifice conferunt illa que per neptem meā
superius de prolis carentia sunt notata.

Capitulum decimooctauum continens cōsolationes super vincu-
lo matrimonij ex diuersis causis onerosi.

Decimooctauo post premissa ad dominā cōsolatricem sepe-
dictam accessit et alius tristis querens cōsolationē reci-
pere sup̄ matrimonio oneroso. cui mox illa pro cōsolati-
one sibi impendenda sex de suis puellis gnatas consola-
ri deputauit.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella ad tristem illum sic ait. Est ne tibi matrimoniū ex
eo onerosum q̄ non potes cum vxore virgine carnaliter copu-
lari. posses aut̄ cum corrupta. Est forsā inquires. Sed hoc pro cōso-
latione tibi sit q̄ hoc in potētia malum est remediabile. Nempe se-
cundū thomam aquinēsem in hoc casu medicinaliter aliquo instru-
mento possent claustra pudoris frangi. nec esset hoc contra naturā
quia non fieret ad delectationē sed ad medicamentū. Huius rei te-
stis est etiam magnus ille barbarus albertus quondā ratisponen-
sium ep̄s qui similiter idem dicit. Intelligendum tamen est hoc de
medicamento qd̄ p̄t sine corpali piculo adhiberi. Aliter inter te et
illā virginē nullū a principio poterat contrahi m̄rimoniū. nec illa p̄t
cogi ad incisionē sustinendū cum mortis piculū timeat. S; nec co-
gi p̄t q̄ exneū vix admittēdo se tibi reddat ydoneaz p̄ frequentē
illius vsum. Hoc igitur onus m̄rimonij vel cessare poterit p̄ dictuz
medicamentū vel si hoc sit impossibile separi poterit tu et ipsa et
alijs diungi. In quo quidē casu v̄ sic cōsolaberis q̄ hoc qd̄ p̄ma cō-
iuge virgine nō puales. separā ab ea p̄ viduā q̄ a p̄ori viro suo cor-
rupta ē. nouo m̄rimonio cōsequi potes.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. Est ne tibi m̄rimoniū ex eo onerosum q̄
moueris quidē ad pulcrā. s; ad turpē quā duxisti cōcupiscentia
nō moueris. Est forsā inquires. S; hoc in casu dixisse noueris tho-
mam aquinēsem. q̄ h̄mōi abhoiatio mulieris nō est causa naturalis
s; accidētalis extrinseca. et ideo de ea est idē iudiciū. qd̄ de malefi-
cio. Prefatus etiā albertus p̄ cōsolatōe viri dicit in hoc casu q̄ mo-
nēda est mulier q̄ mūdicia et ornatu et affabilitate se viro amabi-
lem exhibeat. et ip̄e vir monēdus ē q̄ causas excogitet quib; ama-
bilior femina efficiat. et si hoc nō p̄dest videt̄ esse sile maleficio
et ideo separi possunt et alijs diungi. Hec albertus. Quid ergo. Pro-
fecto hoc onus m̄rimonij vel cessare poterit p̄ abhoiatis mulie-
ris aliquale remediū s; p̄ fatū albertū. vel si hoc non poterit. re-
stabit cōsolatio que circa maleficiū p̄out prius p̄ sorozem meam
deductum est locum habet.

III. CONSIDERATIO.

7

Tercia puella sic ait. Est ne tibi m̄rimonium onerosum ratione inuirtuose uxoris. Est forsā inquires. Sed erras oīno tali diuge tibi ad virtutis exercitiū plurimū d̄ferēte et ecōuerso muliere pulcra et affabili simulq; dotata virtutib; te forsā de facili effemiatum faciente. Quod ergo in diuge oneri deputas. hoc te in viri statu d̄seruans. cedit tibi quasi plurimū ad honorē. An non potius eligis in teip̄o virtutē retinere virilis animi fortitudine conseruata. q̄ in diuge tua virtutē esse. p̄cipue addita pulcritudine te effemiantē

III. CONSIDERATIO.

Quarta puella sic ait. Credo frater q̄ onus m̄rimonij ad corporalem turpitudinē mulieris d̄cipe nō valentis. vel mortuos patientis. vel in loco mingētis vel fetidū anhelitum. v̄l lepram. vel quēcunq; defectū alium qui vt ista secunduz doctores redditioni debiti et p̄ d̄sequens m̄rimonio non repugnat. habentis. extendis. Quod si ita est nihil dubites. quin et in his possis d̄solationē reperire. Nempe generalis p̄ omnibus d̄solatio est. q̄ hec oīa d̄ferūt ad virtutis exercitiū que si ista tibi non p̄ualeant robustior esse poteris p̄pter ista. gloriofusq; eris coram d̄no virtutū. Quippe d̄ns virtutum ip̄e est rex glorie. qui militē suum virtutibus exercitātū coronat etiam in presenti coram omni celesti militia ceteris paribus eminenter p̄e alijs gloria et honore. ¶ Sed nec desunt speciales consolationes. quod em̄ ex p̄missis viue p̄lis p̄creationi repugnat hoc ad cōsolationē supra neptis mee referatur. Quod vero ad horrorem visus. odoratus vel aliorū sensuum vt in lepra vel alijs spectat. hoc eo sic consolationi quo rōne meriti eorundē sensuum augetur delectatio eternaliter p̄mansura. Vnde et homo qui anhelitum v̄l alia fetētia in coniuge patiēter tolerabit odorem ex hoc mirificum omnē odorē hui; mundi quasi improporcionabiliter extendentem vel in celis p̄cipiet. et cuz delectatione maxima sentiet sine fine. etiam in ip̄a diuge. si saluari eam d̄tingat. p̄cipue autē in xp̄o qui in patria vt quodam in libro de delicijs paradisi est ostensum grauissimum est odorabile. seu obiectum odoratus inter omnia odorabilia toti; vniuersi.

V. CONSIDERATIO.

Quinta puella sic ait. Est ne tibi matrimonium ex hoc onerosum q̄ cōtraxisti cum aliqua quā fortassis in nōnullis casibus nec relinquare licet. nec etiam retinere vt uxorez. sed tentum vt sororez scz cum ea viuendo continēter. Est inquires. Sed quid. Profecto et hec vita consolatione nō caret. Primo nanq; cōsoletur te similitudo matrimonij contracti inter beatissimā virginem et sanctissimuz et purissimum illum ioseph virum marie quorum consortium emulando non mediocriter ob hoc speres gratis et virtutibus te d̄otari pariter et ditari. Secundo consoletur te. q̄ eo quietus viuis

111
quo te filiozum pueritas non pturbat. immo consoletur te et cete:
ra solatoria p neptem meam tacta supius de carentia liberozum
Tercio solentur te et illa solatoria que supra p meā sobrinam
dicta sunt de carentia veneree voluptatis. Deniqz cōsoletur te q
secundū hugonē illū regularē continens vita mūdicie gignit florem
pietatis parit fructū. bone sciētie pfert odorē. Quis aut hec vbi
vel carnalis minus ve mund⁹ non potius in se diligeret et eligerz
q̄ ocubitū diugalem. In his siquidē consistit segura mens. de qua sa:
lomon ait. segura mens quasi iuge diuini. s. hois etiā viatoris. Sz
et eisdē flozibus fructibus et odoribus celestes cōiue procul du
bio plurimū recreantur.

VI. CONSIDERACIO.

Sexta puella ad sueta mrimonij iura reuertēs sic ait. Est ne ti:
bi mrimoniū onerosum rōne difficultatis educādi et nutriēdi
multā plem Est inqes. Sz tacta cogitatū tuū in dño. et ipse te enu
triet. atqz plem. mltos. s. et varios modos hñs pli tue puidendi
An non diuinū pmissum ab onere supflue sollicitudinis te alleui:
abit. quo quidē pmissio ille qui volucres celi pascit. etiā homini te
ste aplo dudum dixit. Non te deserā neqz derelinq̄. cui⁹ verbi sa:
num intellectū discas p illustrem aquinēsem qui de deo lo quente
aplo et dicēte. Ipe em dixit n̄ te deseram. postillādo dicit hoc esse
rōnem quare non debemus supflue esse solliciti. s. tñ facere quod
in nobis est cum fiducia diuini auxiliij. Ipe em dixit josue primo.
Non te deserā quin tibi ministrem necessaria. dūmodo facias quod
in te est debito modo qrendo necessaria. Nec aquinensis qui etiam
post sequēs verbū neqz dereliq̄ fiducia diuini auxiliij extēdit etiam
ad semen iusti viri. inducēs illud ps. Non vidi iustū derelictū. nec
semen eius querēs panem. Deniqz q̄ auctoritati diuine et pmissio
hmōi de hñdo auxiliū dei in hac materia sit pijs parentib⁹ cum
omni fiducia innitendū. nec aliquatenus hesitandū. ad hoc pluri
ma exempla faciunt. Inter que vnū insigne recitatur de vxore vide
licz cuiusdam paupis militis que simul et semel duodecim pueros
masculos pepit. quos ppter paupratē non sperabat se posse enutri
re. timensqz ob hoc odium et omotionē viri sui cōmisit ancille sue
vt mox illos infantulos in quadam riparia submergerz. **A**lla itaqz
ancilla hac de causa se cum illis infantulis ad ripariā conferente
et tamen circa factum sibi cōmissum an pficere vellet hesitāte. ac
cidit q̄ archiepiscopus coloniensis cum patre puerozum de quo
dam loco equitans superuenit. Qui videns a remotis dictam an
cillam circa litus fluiij occupatam. vni de sua cōmitua mādauit
vt illuc equitaret et quid ibi ageretur aduerteret. Quo reuerso et
dicente se tot simul infantulos inuenisse. Ipe episcopus ad fluii
um illum celeriter equitauit et videns illos duodecim puerulos

ac cognito toto facto. sciēsq; patris et matris eorū inopiam. dixit se velle esse patrem eorū nutritum. et assumpsit eos in suam curam et p̄cessu tempis ad scholas posuit. qui om̄s tandē in noua canonica p̄pter eos in ciuitate coloniensi instituta et iuxta duo denariū eorū numerū ad ap̄los noiata volēte altissimo i canonicos p̄fecerunt.

Capitulum decimumnonū cōtinens consolationes sup vinculo excomunicacionis suspensionis et interdicti.

Decimonono post p̄missa ad supradictā dñam consolatricem principalem accessit et alius tristis petens consolari super vinculis excōis. suspēsiōis. et interdicti. cui mox illa de suis puellis duas assignauit gnatas ad consolandū.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. **O** homo scias q̄ p̄lati ecclesiastici et p̄cipue sumi p̄tīfices sunt medici sp̄uales. eo q̄ contra tumorē contumacie qui est vtiq; piculosior om̄i corpali tumorē inq̄ntū meretur penā gehenne. mēbris corpis xp̄i mistici et maxime dicto tumorē infirmis seu grauatis adhibere h̄nc spiritualē medicinam censure ecclesiastice. cuiusmodi est sententia excōicacionis. suspensionis et interdicti. **H**inc nāq; de excōicacōe dicūt iura p̄ medicinalē est nō mortalis. dūmodo is in quē lata fuerit non contemnat. **D**ices forte quō est medicinalis. **E**cce qui excōicatur. ad hoc ut ait ap̄ls excōicatur ut spiritus saluus fiat. **S**piritus igitur excōicati ob tumorē contumacie in piculo esset salutis sue sine excōicacione. **E**t nonne hoc sufficit p̄ cōsolatione. **N**imix consolari solēt hoies de amarissimis medicinis p̄pter spem salutis.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. **S**i excōicacionis sententia in te lata est iusta. ip̄am nō contemnas. s; de ip̄a potius consolaris tan p̄ de salubri medicina. q̄ tāto est salubrior quanto ab excellentiori apothecario in cuius cordis apotheca nō mō virtutes herbarū. sed oim virtutū aromata continetur. est cōfecta. cum non ab hoie ut dicunt iura sed s; factos p̄res a deo p̄cedere vincula ecclesiastica dinoscantur. **A**udi iohannē os aureū. **N**emo inquit contemnat vincula ecclesiastica. **N**ō em̄ homo est qui ligat. s; xp̄s qui hanc potestatem dedit et dominos fecit hoies tantū honoris. **D**ozero si sententia iniusta fuerit dūmodo p̄ cōtemptū nō ligeris alias nō ligatus s; magis patienter feras excōicacionē iniustā. celestē coronā mereberis s; sententiā magni p̄ris. **Q**ualē inquires aut q̄ntū p̄cij. **V**tiq; tanto magis p̄ciosā q̄nto sententiā sustinueris magis iniuriōsā. **S**ane si p̄ hec de excōicacionis vinculo consolari valueris de suspensionis et interdicti vinculis magis valebis. **Q**uipe sententia excōicacionis maior est s; se om̄ibus penis ecclesiasticis.

11

Capitulum vicesimum continens consolationes sup irregulari-
tibus et inhabilitatibus liberam ordinum susceptionem et exe-
cutionem impediētib9.

Uicesimo post pmissa ad sepedictam consolatricem pinci-
palē etiā alius tristis irregularitatib9 et inhabilitatibus
impeditus accedit querens consolationem Cui illa duas de
suis puellis mox exhibuit gratia consolationis.

I. CONSIDERATIO.

Prima puella sic ait. O homo non est dubiū quin p̄dicta tua ir-
regularitas siue inhabilitas paupiozem te faciat et in gradu
humiliozi constituat. atq3 sic ad gradū habitualis humilitatis p̄-
fectiozem te disponat. **S**3 quid Certe si te grauat irregularitas hu-
iusmodi vel inhabilitas p̄o quāto paupiozē te reddit ad plurima
recurras consolationia per sodales meas supius clarissime declarata
Porro gradus humilioz est tibi desiderāter amplectendus gratia
perfectiozis humilitatis. et hoc quantū merito te debeat cōsolari
hoc sodales mee supius si ipsas attenderis dilucide te docebunt.
Sed et hoc ad p̄sens occurrit q̄ gradus p̄fectioz humilitatis nō
modo episcopali infula. sed et omī ornatu ecclesiastico p̄mplius
te ornabit. **A**udi dulcem p̄rem clareuallis ad. decorez humilitatis
cōmendandum minus dicentē et plus intelligentē. **N**ulla inquit
splendidior gēma in omī p̄cipue ornatu sūmi p̄tōficis q̄ hūilitas
Nec mireris de dicto huius patris. **N**imirum ornatum episcopa-
lis infule ex humilitate sola sed excellētibus compationibus mul-
tiplicata ac diuersificata. si volueris. poteris fabricare. **I**psa nāq3
est vt ametistus ebrietatem supbe p̄sumptionis tollens. **I**psa est vt
iaspis phantasmata illa fugans que supbus patitur somniās se ali-
quid esse cum nihil sit. **I**psa est vt saphirus rep̄imēs timores mēta-
les. quēadmodum saphirus corporales. **I**psa est vt dyamas faciēs
hoiem deo et hoibus gr̄osum. quēadmodū deo et hominibus odi-
bilis est supbus. ipsa est vt adamas que gēma ab adamādo nuncu-
patur. quia homo humilis p̄e ceteris adamatur. ipsa est vt topasi9
quē portanti nō poterit nocere inimicus. **N**am et s̄m patrem clare-
ualis. **H**ūilitas est omī indifferēter p̄sone q̄dam turris fortiudinis
a facie inimici. **S**3 et anthoni9 vidit om̄s laq̄os iimici tentos i ter-
ra. et ingemiscēs dixit. quis putas trāsiēt ista et audiuit vocē dicen-
tem hūilitas. **D**eniq3 ipsa est vt smaragdus quo nulla oculoꝝ gr̄o-
sior est reflectio. **N**am et hūilitas in hoie cōsiderata est oim oculis
grata et consolatoria additio.

II. CONSIDERATIO.

Secunda puella sic ait. **E**dcirco forte de irregularitate siue in-
habilitate concubaris. quia te excludit a dignitatibus eccle-
siasticis. **S**ed quid. **P**rofecto q̄ p̄ax ob hoc debeas tristari. hoc
onera annexa honozi declarāt. sup quo ad sodales meas hec one-
ra p̄derātes et plurimū aggrauātes te duxi remittēdum. **P**orro

si turbaris ratione irregularitatis vel inabilitatis utpote executi-
onem ordinu prius susceptoꝝ .et p̄ osequēs nō solū tempale emo-
lumentū vel honozē . sup̄ quoz̄ oppositū prius soꝝoz mea te est cō-
solata . Sed et spūalem p̄fectum et deuotōez impediētis ad confō-
latoꝝ bonū obediētie te remitto tanq̄ ad illud qđ vna cū deuo-
tionis desiderio melius est quodāmo . q̄ sit s̄m se victima p̄fectus
spūalis seu superogato cuiusuis deuotōis . de qđ tibi p̄ soꝝoz mea
rū dicta sup̄ et ī sequētibꝫ p̄ neptes meas pleniꝫ poterit appere

ExPLICIT vndecimus liber de consolatione theologie . Incipit duo-
decimus liber cōtinens consolationū remedia optuna contra illa
turbatiua que opponuntur deuotioni cōtemplationi et studēdi opoz
tunitati . Capiculum primū cōtinens consolationes sup̄ carētia diui-
noz̄ officioꝝ et sacramētoꝝ et spūaliter sacre cōis tpe interdicti .

Dvodecimo principaliter decem tristibus ad sup̄radi-
ctam dñam consolatricē p̄cipalē accedentibus pri-
mo omniū vnul ex eis de carētia diuinorū officioꝝ
et sacramētoꝝ et specialiter sacre cōis tpe interdi-
cti est cōquestus . cui moꝝ illa de suis puellis pro cō-
solatione impendenda quinqꝫ assignauit .

I. CONSIDERATIO.

Prima puel la sic ait . O amice karissime estimo qđ diuina officia
et ecclesie sacramēta . et spūaliter sacra cōmunio si nō essent inter-
dicta tpe interdicti sp̄m tuū recrearēt . Sed quid modo . Ecce ad cō-
solationē tibi sit qđ p̄ hoc qđ spūalis medicꝫ hāc recreatōez vtcūqꝫ
interdixit dietat mēbza corpis xp̄i mistici non sana quibus multuz
valet taliter dietari . Nam h̄mōi abstinētia est ei sūma medicina et
si obediāt medico . signū h̄nt cōsolatoꝝ . scz signū cōsequēdi in p̄xi-
mo sanitatē p̄ sue infirmitatis . puta tumoris cōtumacie cessationem .

Nec obstat qđ nō in oībus quibus dicta et sacramētoꝝ recreatō
interdicitꝫ tumor cōtumacie inuenitꝫ . Nempe p̄pter tumorē vel aliā
infirmitatē capitis vel mēbzi alterius sepe ex iussu medici oīibus
mēbzis alijs sanus cibus et potus subtrahitur . ex hoc solo qđ ime-
diate nō sano mēbzo adherēt . Nā q̄uis incipiēte p̄dopisi t̄m vnū
membꝫ hoīs sit inflatū . rōne t̄m illius oīibus mēbzis alijs potꝫ
subtrahitur quantūcunqꝫ bonus . Sic autē est et in p̄posito qđ dicta
subtrahitur recreatio etiā sanis mēbzis ecclesie sine eoz̄ culpa . s̄
nō sine causa . ex eo scz qđ aliq̄ habent adherentiam . vel secundū lo-
cum cum non sanis vt scz si possint dent opam efficacem vt cesset
tumor arrogantie siue cōtumacie . in illis quidē p̄pter quoz̄ culpā
lata est sentētia interdicti . v̄l si hoc nō possūt saltē ip̄i culpabiles
eo citius ad cor redeāt quo magis h̄nt de hoc cōpati alijs et timere
dei offensam grauiorē qđ ip̄ozum occasione ip̄i alijs per p̄dicte sue